

329
tia, quam infinitas, quandoquidem Doctores quol. 2. ar. 1. & quol. 3. ar. 1. & quol. 7. T. infinitatem, probat ex independentia demonstrando, Deum esse ens infinitum, & illimitatum, quia est prima omnino entitas in toto ordine entium, & a se; quod autem habet a se aliquid, habet illud in tota plenitudine, que sibi copetere potest, nihil enim habetur limitate in aliquo, nisi habeatur ab aliquo agente illud determinante ad certum gradum; Cum hoc tamen sit adhuc, quod ratio proxima, & immediata, unde deducitur simplicitas in Deo, est infinitas, & ex hoc, quod, infinitas ponatur a priori ex independentia, aliud inferri nequit, nisi quod simplicitas deducatur quoque ex independentia mediate, & remote, quod gratis concedimus.

330 Altera quoque disparitas a me assignata minime enervatur in Poncio, quia ad veram, & propriam compositionem physicam, vel metaphysicam, ut ab aggregatione seceritur duae conditiones exiuntur, una, quod extrema unabilia sint ab invicem realiter distincta, vel saltem imperfecte identificata, & non nisi ratione tertii, in quo uniantur; altera, quod unum habeat rationem actus, aliud autem potentiae; quod igitur attributa sint perfectiones disparatae, & singulari in ultima actualitate adeo quod una non subordinetur alteri in ratione magis, vel minus communis, valde inviduae comparetur adhuc in ratione actus, & potentiae, quod dici nequit de genere, & differentia, cum enim ista necessario invicem coparari debeant, ut duae formalitates, quarum una veluti communior cetera habeat, ac determinari per aliam, ut per formalitatem minus communem, concedit Poncius n. 36, necessario una foret potentialis ad aliam, & obsequenter eam compositionem faceret, & defectu hujus conditionis verus est, dulcedinem, & albedinem in lacte non faceret tantum totum unitate compositionis sive per se, sive per accidens, sed tantum unitate aggregationis, quae a divinis est exultatibus defectu primae conditionis ob summam realitatem identitatem, quae inter ea reperitur ratione infinitatis, quod tunc dicitur Magistri sufficienter non probasse, quod non detur in Deo ratio generis, & differentiae, possit admitti sine temeritatis nota; Magistri ex proprio capite rationes produxisset, & non ex Scoti doctrina in Schola Scottistarum plausiblem receptisset, quod subdit etiam urgeri posse, gratis id asserti a Scoto omnino intollerabile est, & temeritas ingens, cum Doctores loc. cit. validissimi rationibus hanc veritatem munitur; Et plane mirandum est, viti hunc blaterare, quod Scotus gratis asseruerit; cum hactenus ipse nullam prorpius rationem attulerit ad probanda illa sua portenta in Philosophia, quod dari possit genus, & differentia, quae habeant rationem partis actualis, & potentialis, & quod ex eis nulla sequatur compositio, vel si aliqua talis sequitur, ut plane negari non potest, quod nullam involvat imperfectionem; Bone Deus, quomodo talis compositio imperfectionem non involvet, si est ex actu, & potentia; intervenit talem potentiam, quae nullam involvat imperfectionem, plane non apud Arist. non D. Th. vel Scotum, qui semper dixerunt potentiam passivam a toto genere imperfectionem dicitur, hoc est universalem loquendo; restat ergo ut haec potentia passiva perfectionem dicens, vel imperfectionem non involvens, non nisi ex tenebris sui cerebri in lucem prodierit; Quando igitur Poncius mihi probaverit, dari talem potentiam passivam, quae nullam dicat imperfectionem, tunc ei parcam temeritatum illud dictum in communem Magistri, quod gratis, & sine sufficienti ratione asseruerit. Deum consistere ex genere, & differentia; Neque recurat ad illam suam dependentiam, & independentiam a causa extrinseca; nam quomodoque assignabitur unio plurium formalitatum, quae habeant rationem partis actualis, & potentialis, tunc semper, & in aeternum negabo, hanc dari posse cum independentia ab influxu causae extrinsecae; unde sicut ipse ex tali independentia arguit, & deducit unionem false plurium formalitatum imperfectionem non involvere; ita ego e contra ex imperfectione talis unionis partium actualis, & formalis deducam dependentiam ejus ab influxu causae extrinsecae.

330 Septimo tandem disp. cit. n. 34. in fine concludo ens genus non esse nec Deum ex genere, & differentia constare nisi sumendo nomina pro libito, & jure (ut ajunt) cervelotico contemere velimus questionem de nomine, quia hoc in Deo argueret compositionem, & imperfectionem; ob qua rationem cum Doctores 1. d. 3. q. 3. Deum excludit a genere; addo inconflato Poncium d. 2. q. 10. n. 24. eam spreverit rationem, ut suam adduceret ad idem probandum prorpius futilem n. 25. ubi probat idem Deum excludi a genere, & predicamento, quia vera Philosophus non voluit dividere in predicamento, nisi entia creata, & finita, quam probationem dicebam esse manifestam principii petitionem, hoc enim est, quod disputatur, an Arist. ita predicamenta

disposuerit, ut sola entia creata sub eis concluderent. Sed negat hoc Poncius loco citato, nam constat jam ex communi Philosophorum consensu ipsam non aliud ens divisi in predicamenta, quam ens finitum, unde omnes ferè unitatem requirunt, & quam unam ex conditionibus requisitis ad hoc, ut aliquid ponatur in predicamento Arist. quomodo ergo hoc supponendo (inquirit) ego peto principii praesertim, cum ago contra illos, qui id mecum supponunt? Hec tamen solutio nec quidem apparentiam habet veritatis; eadem concedo jam ex communi Philosophorum consensu An. non aliud ens divisi in predicamenta, quam ens finitum, & omnes ferè finitatem requirere, tanquam unam ex conditionibus requisitis ad hoc, ut aliquid ponatur in predicamento Arist. sed facta semel hac suppositione inter istos non controversetur, an Deus sit in genere, vel predicamento, nec amplius habet locum hae questionis, nisi forte quis dubitet de finitate Dei, sed supposito ex una parte Deum esse finitum, & ex alia ens tantum finitum fuisse ab Arist. in predicamento distributum, non amplius questionis remanet locus, an Deus sit in predicamento; nam talis questio ita est contra suppositum. Sed quamvis modò jam ex communi Philosophorum consensu constet, non aliud ens Ari. in predicamento divisi nisi finitum, non ita tamen fuit ab initio opinio recte opinionem. A verois in eo sententia, ut non tantum ens finitum fuerit in predicamento divisi, sed ens ad utranque indifferens; & quidem rationabiliter, quia ut dicebam facta semel suppositione, quod ens tantum finitum in predicamento distribuitur, non remanet locus illi questionis, an Deus sit in genere; quandoquidem hae questio non ad alium finem mota fuerit, nisi ut constaret, quale ens divinum fuerit ab Arist. in predicamento, an ens tantum finitum, ut ita Deum excludatur a predicamento, an potius ens indifferens ad finitum, & infinitum, ita in predicamento possit quoque recludi Deum; quare id bene urgebam, quod probare Deum non esse in predicamento ex hoc, quod Arist. dicitur tantum ens finitum in decem predicamento, est aperta principii petitione, hoc enim est, quod per hanc questionem inquirimus, an Arist. ita predicamenta disposuerit, ut sola entia creata sub eis concluderent; & per hanc satisfactionem puto quibus, cumque mihi Poncius objecti, aut impugnantur, propugnans in additione facta ad qu. 3. disp. 69. & quia ad alia occurrere mihi objecta in illis additionibus materiam occasio pro nunc a sam non praeberet, ex harum duarum additionum discussione concluditur poterit prudens lector, & nulli parti addictus, quis nostrum rationabilis disputet, & studio veritatis indaganda, & non potius propria opinionis tenaciter defendenda; & sicut dixit Poeta: *Crimine ab uno disce omnes*, ita ex modo disputandi, quo utitur Poncius in his duabus additionibus, sine ulla veritatis fundamento, & sola convinciorum faragine referto concipere poterit progressu aliarum additionum, quibus ex instituto respondere non promitto, sed quoad materia occasione praestabit, in aliis disputationibus libentissimè arripiam.

Postremo pro cotione istius questionis advertendum est, nullum inter Recentiores eorum nostrae sententiam de formalitatibus distinctione calamè ardentius strinxisse Recupito Auctore ex Societate Jesu, siquidem lib. 3. de attributis q. 4. per plurima capita innumera seorsum modum argumentis in ea invenitur, ut si non ponderet, & vitaret, saltem numero, & multitudinem eam obraret; quae tamen auctore ea capita reducentur jam relata, & soluta superius q. 2. ar. 2. ex aliis Auctoribus illo recetioribus, neque huic Auctori specialiter occurrere curavit, quia omnia sua tela ex ibi dicitur facile retunduntur, tum quia ei ex instituto occurrere vidi ex nostris tum Pocii d. 71. q. 2. sui Curfus Philosophici, tum Sghemam de Deo uno, & trino tit. 3. per totum, unde ne actum agerem potius cum aliis magis recentibus congedi placuit, quibus non videram ad aliis Scottis satisfactum; Unum tamen modum argumenti Recupito asserere libet ex Patrum auctoritate deductum, etiam huic quoque sit q. 2. circ. satisfactum d. 2. obiect. 1. an enim hic Auctor, quod sit actum ad id, quod de divina infinitate, ac simplicitate Patrum, & Ecclesiae auctoritas stabilitur, hae controversia est extra omnem controversiam, quia Patres, & Concilia ubique sapientiam, & cetera attributa praedicant de Deo in abstracto dicendo, quod Deus est sapientia, justitia, &c. quod verum non esset si formaliter distingueretur in sensu Scoti, apud quem abstracta de se invicem praedicari non possunt, si formaliter distinguatur, & ideo negat ejusmodi propositiones esse veras animalitatis est rationalitas, & similitudo est humanitas. Respondet optime Poncius disp. 71. cit. n. 72. obcedendo majori, & negando minorem, & ad probationem ait cum Scoto 1. d. 8. q. 4. ad 1. pr. quod abstracta finita non possunt de se invicem verè praedicari ob rationem in objectione allatam, secus autem est de abstrac-

dis infinitis, & ratio disparitatis est, quod abstracta finita habent tantum unam rationem, propter quam possunt identice de se invicem praedicari, si sint distincta formaliter; Sed abstracta infinita praeter convenientiam in uno supposito habent aliam rationem identitatis, nimirum infinitatem, & propterea quamvis abstractantur a supposito, possunt tamen praedicari adhuc de se invicem identice, nisi etiam abstractantur ab infinitate supra Poncius loc. cit. quem responebimus etiam nos dedimus q. 2. a. 2. & cum res ita habeat non video qua de causa in eadem q. 2. n. 57. approbate noluerit comunem hanc doctrinam Scottistarum, per quam illi difficultati occurrerent, quod unio attributorum in Deo non facit compositionem, sed summam unitatem realem ob formalem eorum infinitatem, unio autem formalitatum in creatura, nempe animalitatis, & rationalitatis in homine facit compositionem metaphysicam, quia cum sint extrema finita non sunt eadem inter se perfecte, sed tantum ratione tertii, in quo uniantur, non video, inquam, cur hae responsio mala sit in ore Scottistarum sub n. 57. & paulò infra sit bona in ore ipsius Poncii sub n. 72.

332 At rursum inlat Recupitus, quare cum Patres dicunt Filium produci per intellectum, & non per voluntatem, intelligitur etiam a nobis loqui in sensu formalis, & non ideico; & quod postea dicunt, quod justitia divina est misericordia divina dicitur, quod loquuntur in sensu ideico, & non formalis. Respondet iterum Poncius, & optime loc. cit. hoc sufficienter colligit posteriori, cum enim dicitur Filium produci per intellectum, & non per voluntatem, quia hoc esset falsum in sensu ideico, nec verificari potest in sensu formalis, ideo in tali sensu intelligendi sunt, & explicandi; & contra quia falsum esset justitiam esse misericordiam in sensu formalis, & solum in sensu ideico verificari potest, ideo in tali sensu praesertim intelligendi; Sed iterum urget Recupitus, quia cum dicitur habere propositiones in sensu ideico verificari etiam in abstracto ob attributorum infinitatem, vel tantum in omni genere, vel in certo genere tantum v. g. sapientie tantum, vel justitiae; si in omni, ergo unum attributum includit formaliter aliud, si in uno tantum ergo neque realiter, sed identice unum includit aliud, & sic verum non erit sapientia esse justitiam. Respon-

det rursum Poncius, & optime quodlibet ex attributis divinis esse realiter infinitum in omni genere, & sic realiter involvere cetera attributa; ceterum formaliter loquendo non est, nisi infinitum in tali genere determinato v. g. sapientia in genere sapientiae, & justitia in genere justitiae, & quia quicquid sic est infinitum necessario exigit ex sua ratione formali esse idem realiter cum aliis perfectionibus infinitis, & compositivibus, propterea valet simpliciter dicere, quod unum attributum sit alterum, at quod justitia sit misericordia, licet non valeat dicere, quod justitia sit formaliter misericordia: quae omnia ex Pocio ad verbum referre volui, ut quisque videat me non mala fide secum agere, ut sepius conquiretur, neque invideat li-vore, aut alia animi passione interdum moveri ad nonnulla sua dicta carpenda, sed ex solo zelo Scotice doctrinae, cui si illa consona reperio, approbo, & collaudo, si vero ab ea devia, & exorbitantia, censura submitto, nec recipiatur a Titonibus, veluti Scotice dicta, ut titulus suorum operum pollicetur; & quamvis interdum mea prorpiat disputatio in aliqua durissimula verba, quae solet permittere scholastica libertas, & secum ferre disceptationes ferocis, nunquam tamen invenio moralitatis limites adeo transilire, ut in convicia, & scomata omnino pudore postposito prorumpam. Ad verfarum ignorantem ac terminos non intelligentem vocare audeam, quibus titulus P. Poncius strictioris observantiae alumnus, & Franciscanae humilitatis professor me passim concederem, quod disceptandi modum non in schola didicisse opinor, sed potius in cullina; convicia, ut sepe dixi, blaterantibus vitia ostendunt, non doctrinam, argumenta dissoluta non indicant, sed motes; Videantur meae Epistolae ad Lectorem Tom. de gener. & corruptubi eum appello insignis Litterarum virtutum doctrinae provectum, in Republica litteraria benemeritum, & T. M. Scotistam non minus recentem, quam eruditum; hoc idiomate loquantur mortigerati Philosophi, & Theologi praesertim Religiosi; Verum sicut in doctrina Poncius non semel indicat idiomata Scotice non satis esse sibi familiare, ita quod motes etiam ostentare voluit Franciscanum non semel indicat idiomata Scotice non satis esse sibi familiare; at bene aiebat Thiberius Celsus *ad convicia nemo sciens respondet, quam quoniam*.

DISPUTATIO III. DE DIVINO INTELLECTU.

QUESTIO PRIMA.

An, & quomodo Deus cognoscat creaturas posibles.



Scientia Dei, quae est actus divini intellectus, est unica, & simplicissima tam respectu sui, quam respectu creaturarum, tamen respectu diversorum objectorum varia quoque sortitur nominanda ut terminatur ad res posibles non existentes in aliqua temporis differentia dicitur a Theologis scientia naturalis, seu simpliciter intelligit, quatenus possibile sunt intellectui divino praesentia naturali virtute essentiae, & secundum rationem simplicem, & quidditativam terminatur praesentando a quoqueque predicato contingenti; & hoc ad differentiam scientiae visionis, quae ad similitudinem visionis corporae terminatur ad res secundum esse reale existentie, quod habent in aliqua temporis differentia; & dicitur etiam scientia libera, quatenus futura contingentia libere representantur intellectui divino virtute determinationis divine voluntatis, per quam determinatur ad alteram partem sui intrinsece indifferente; cuius bimestris divisionis sufficientia inde deducitur, quia creatae in Deo secundum duplex esse tamen considerantur, scilicet possibile, & futurum determinate, unde etiam consequenter duplicem tantum sortitur, scilicet possibile, & futurum determinate, ut in superiori capite de his rebus praesertim dicitur.

Intellectui divino praesentia naturali virtute essentiae, & secundum rationem simplicem, & quidditativam terminatur praesentando a quoqueque predicato contingenti; & hoc ad differentiam scientiae visionis, quae ad similitudinem visionis corporae terminatur ad res secundum esse reale existentie, quod habent in aliqua temporis differentia; & dicitur etiam scientia libera, quatenus futura contingentia libere representantur intellectui divino virtute determinationis divine voluntatis, per quam determinatur ad alteram partem sui intrinsece indifferente; cuius bimestris divisionis sufficientia inde deducitur, quia creatae in Deo secundum duplex esse tamen considerantur, scilicet possibile, & futurum determinate, unde etiam consequenter duplicem tantum sortitur, scilicet possibile, & futurum determinate, ut in superiori capite de his rebus praesertim dicitur.

Itaque ab initio hujus questionis statuumus esse cum omnibus Theologis Deum habere necessario de creaturis possibilebus cognitionem perfectissimam, ex genere suo, qualis est quidditativa, distincta, & comprehensiva, adeo ut illas penetret, & cunctis omnia eorum essentialia praedicata etiam quoad differentiam in sensu Tom. I.

rentias individuales; hoc autem probatur ex duplici capite, ex parte scilicet intellectus divini, & ex parte diving essentiae, quae ponitur ejus objectum primarium, & formale; ex primo quidem capite sua deus, quia intellectus perfectissimus, & in finitate intellectus, qualis est intellectus, necessario debet habere perfectissimum, & exactissimum intelligendum modum, qui circa creaturas veritati possit; sed hic est distincte, quidditativè, ac comprehensive cognoscere quoad omnes res formalitates, ac praedicata intrinseca, etiam individualia; ergo &c. Ex parte vero objecti primarii intellectus divini, quae est divina essentia, suadet etiam passim a Theologis, eo quia divina essentia perfectissima continentia eminenti continet omnes creaturas posibles secundum quatenusque formalitatem positivam absolutam, & respectivam, generalem, specificam, & individualem, quae eis a parte rei inesse potest; ergo Deus cum seipsum comprehensive cognoscat, cognoscit consequenter omnes creaturas sic in ipso contentas.

Sed haec ratio sumpta ex parte objecti primarii, & continentiae eminenti creaturarum in ipso, nisi melius explicetur, parum concludere videtur, nam unum contineri eminenter in alio significat contineri in illo sicut imperfectum in perfecto, quo pacto noticia ejusdem objecti obscura dicitur contineri eminenter in noticia ejusdem clara ex Doctore q. 1. prol. 6. *ita in proposito*; quod fit, cum quicquid est perfectioris in inferiori, perfectiori modo est in superiori, quatenus in inferiori reperitur cum aliqua imperfectione comixtum, in superiori vero ab omni imperfectione defecatum; quare in proposito continentiae eminenti rerum in Deo praesertim significat esse reperiri in eo secundum id, quod dicitur perfectione seculo eo, quod essentialiter imperfectione imbibitur; quare cum in creaturis rationes duntaxat comunissime, & transcendentes dicant in quo conceptu perfectione simpliciter praesentando a finitate, & infinitate, ut sunt rationes transcendentes entis, substantiae, bonitatis, sapientiae, &c. sequitur evidentè creaturas hoc genere contineri non contineri.

tineri in Deo, nisi secundum rationes transcendentales prædictas, quatenus ubi in creaturis perfectiones huiusmodi reperuntur per finitatem contractæ, & per consequens cum aliqua imperfectione admixta; transcurunt ad Deum per infinitatem sine omni prorsus imperfectione; atque ita ex vi huius eminentialis continentie præcisè sequitur Deum cognoscere creaturas in prædicatis tantum transcendentibus, non autem secundum esse eorum formale, & specificum, ac individuale, quia huiusmodi formalitates includunt formaliter, & quidditative limitationem, ac finitudinem.

4. Hac de causâ Recentiores, & Thomistæ cõmuniter expli- cant hanc eminentialem continentiam creaturâ in essentia per modum continentie causalis, ad eod quod ex eo quia ejus essentia est causâ omnium creaturâ, sequitur evidenter quod Deus comprehendendo essentiam suam, tanquam causam, cognoscit quoque creaturas omnes possibles, ut effectus, ac terminos fuæ omnipotentie. Sed præterquam quod falsum, est Deum cognoscere creaturas possibles in essentia sua, tanquam in causâ omnium rerum, aut ex perfectâ comprehensione suæ omnipotentie, ut postea dicemus, adhuc male confunditur continentia eminentialis cum virtuali, quandoquidem sint continentie alterius omnino rationis, quæ licet quandoque materialiter coinciderent possint, ut constat de virtute calefactiva, & deflucativa, quæ & virtutes, & eminenter in illuminativa solis continentur, tamen formaliter, seu secundum suas formales rationes nunquam coincidere possunt, ut optime Bærgius novavit quæst. 1. prolog. in s. cit. quicquid dicit S. m. finch. tract. 2. disp. 2. n. 30. quia unum contineri in alio virtualiter est in eo reperiri secundum virtutem, quæ ab illo potest produci vel in esse reali, vel in esse cognito, ut notat Doctor q. 3. prolog. B. & alibi frequenter; continentia vero eminentialis præcisè inspecta ab omni abstracti causalitate; quod enim eminenter continet aliud, non necessario debet illud producere vel in esse reali, vel in esse cognito, nam aurum v. g. continet eminenter argentum non quia physicè possit illud producere, sed quia esse argenti, & valorem illius continet in esse quodam elevatiore, & perfectiore.

5. Alii proinde apud Radam 1. p. controv. 29. artic. 1. not. 2. hanc eminentialem creaturâ continentiam in Deo ita expli- cant, ut afferant omnem formalitatem, & perfectionem ad individualia usque; eandem numero in creatura existentem esse in Deo ipso, aliter tamen & aliter, quia illa in creaturis est cõ modo finito, sed eadè numero est in Deo cõ modo infinito, & consequenter affirmant Deum, & universum non dicere majorem perfectionem intensivè, vel extensivè, quam solum Deum nec majorem entitatem, adeo ut universum nullam entitatem positivam supra Deitatem addat, sed solum defectum, & imperfectionem. Hic dicendi modus est manifestus error, nam non solum est error ponere in Deo eandem numero entitatem, quæ est in creatura, quia tunc eadem numero entitas esset finita, & infinita, dependens ac independens, cum hic gradus sint modi intrinseci realiter, ac formaliter cõ huiusmodi entitatis identificati, sed etiam inconveniens est ponere in Deo, & creatura eandem realitatem specificam, & genericam, ut fuscè ostendi to. 1. met. disp. de natura entis, ubi proinde dixi prædicata transcendentia Deo, & creaturis communia nullam præferre realitatem illis ex natura rei communem, sed solos conceptus inadæquatos ad realitatem Dei, & creaturæ abstractos per opus intellectus illas realitates inadæquate concipi- tis. Tum quia si creaturæ continentur in Deo secundum omnem suam formalitatem nedum communem, sed etiam particularem usque ad individuum, tunc illam evit solum cõci- nentia eminentialis, sed etiam formalis, & consequenter poterit Deus dici formaliter leos, bos, lapis, quod est contra frequentia Patrum testimonia, ut notat Doctor 4. d. 1. qu. 1. Q. Tum quia licet perfectiones in creaturis reperire, quæ in suo proprio, ac formali conceptu important perfectione absque imperfectione, ut sapientia, veritas, & similia transcendentia, quibus infinitas non repugnat, possunt in Deo formaliter reponi, ut dictum est disp. 2. q. 1. perfectiones tamen limitatæ, quæ in suo cõceptu dicunt perfectione necessario imperfectione admixtam, ut sunt humanitas, & æquitas, & alie realitates creaturam prædicamentales genericæ, & specificæ nequaquam locum habere possunt in Deo. Deinde adhuc absurdius est contrarium ab ea opinione illatum, aggregatæ ex Deo, & universi non dicere majorem perfectionem nec intensivè, nec extensivè, quam solum Deum; hinc enim sequeretur, ut bene urget Rada cit. Deum, & universum secundum suam entitatem positivam esse prorsus idem, ac per consequens universum nihil aliud esse, quàm Deum ad extrâ productum sub modo quodâ imperfecto, quod est chimericum, & impium; licet ergo Deus in seipso omnem continet perfectionem simpliciter simpli-

cem, quæ ex cogitari potest, id eod, solum Deus sit tam intensivè perfectus, quam aggregatum ex ipso, & creaturis; cum hoc tamen adhuc bene fiat, ut extensivè, perfectus sit aggregatum ex Deo, & creaturis, quam ex solo Deo, nam in illo includitur quicquid in hoc, & præterea perfectiones creaturam, quæ licet infestationem majorem non faciant, faciunt tamen sine dubio majorem extensionem.

6. Declaranda est igitur ista continentia eminentialis essentie divine, ut Scotus docet 1. d. 35. q. un. s. ad argumenta usque ad finem, ubi ait divinam essentiam esse rationem illimitatam intellectui divino intelligendi quod eodque creati etiam quoad esse formale, & individuali quod habet; quia est ratio eminentior continens perfectè similitudinem virtutalem cujuscuque cognoscibilis; duplex ita distinguenda est continentia eminentialis rerum in Deo, alia in essendo, quatenus .i. continet creaturas præcisè secundum rationes transcendentem, cum hæc sint prorsus indifferentes ad finitatem, & infinitatem, & utique hæc continentia eminentialis non sufficit, ut divina essentia sit ratio cognoscendi creaturam quoad omnes suas formalitates etiam in individuo ob rationem allatam num. 3. alia est continentia eminentialis rerum in cognoscendo, quod enim res quecuq; sit ratio intelligendi seipsam propriè, & in particulari intellectu creato, est formaliter perfectior, & solum imperfectionis est quod ita sit limitata ad istam sui notitiâ parandâ, ut nequeat simul parere notitiam alterius objecti, quare hæc imperfectione ablata, quod sit ratio determinata seipsam manifestandi, totum quod remanet dicitur perfectionem simpliciter sollicitè posse producere propria vi notitiâ, & secundum hanc perfectionem manifestandi seipsam creaturæ continentur in Deo, ratione cujus eminentialis continentie in cognoscendo docet Doctor loc. cit. divinam essentiam esse rationem illimitatam intellectui divino intelligendi quod eodque creaturam, quoad omnia ejus prædicata etiam in individuo, quatenus unamquamque creaturam cõtinet quoad illam perfectionem valendi manifestare seipsam intellectui creato quoad omnia ejus prædicata; Patet igitur, quomodo essentia divina ob hanc secundam continentiam eminentialem rerum, quatenus sunt rationes cognoscendi seipsas, bene dicitur ratio eminentissima cognoscendi, ut quod sub propria ratione etiam singularitatis.

7. In oppositum solet obiciri. Primum nullam in Deo dari finitatem respectu possibilium, quia tunc Deo penderet à creaturis tanquam à termino talis finitatis. Aureolus hæc ratione negavit 1. d. 55. in 2. p. ar. divinam cognitionem ullo modo ad creaturas terminari, vult; Deum illas omnino mediâte cognoscere in sua essentia, nec tanquam in objecto motivo, & primario sed etiam tanquam in objecto terminativo, & secundario. Sed plane hic dicendi modus mihi videtur intelligibilis, nam quod est Deum verè, & realiter cognoscere creaturas, nedum secundum esse eminentiale, quod habent in Deo, juxta quod sunt ipse Deus, sed etiam secundum esse, quod eis non repugnat habere in rerum natura; quod sunt objecti divine cognitionis, si non primarius, & motivum saltem secundarium, ac terminativum; consequenter patet, implicari enim rem attingi per cognitionem, & non esse aliquo modo objectum illius. Deinde quantumcumque negat Aureolus creaturas à Deo immediatè cognosci in seipsis, tum motivè, tum terminativè, saltem concedit cognosci mediâte; ergo divina cognitio adhuc necessario pender ab eis, tanquam à termino mediato, & sic argumentum urget quoque contra ipsum.

8. Respondet Ariaga tom. 1. disp. 19. sec. 2. nullam esse repugnantiam, neque indecorum, quod divina cognitio, sicut & omnipotentia à creaturis possibilibus, ut à termino penderet, quod etiam tenent Falsol. q. 14. ar. 3. dub. 3. & alii Recentiores. Hæc responsio explosa manet ex dictis disp. 3. Log. q. 5. ar. 1. num. 65. & 66. ubi relationes etiam transcendentales negativum in Deo ad creaturam, quia creatura etiam quoad esse possibile, & scibile considerata adhuc non est in eo gradus necessitatis necessaria, in quo est Deus, quandoquidem ejus necessitatis semper sit participata; & id eod ponere creaturam non esse possibilem, non esset ita impossibilem, sicut aliqua realitatem in Deo non esse, quia adhuc in esse possibili non est ita necessaria, ut Deus; & tunc ex hac positione minus impossibile videretur sequi impossibilem, non igitur in Deo admitti debet relatio realis ad creaturam, etiam in tali statu necessitatis consideratam, quia Deus esse, etiam omnia creatura repugnantem, nam sicut necessarium in suo esse non pender à contingenti vel illud non coexistit ad suum esse ita neque magis necessarium pender in suo esse à minus necessario, seu illud necessario coexistit, ut ibi dicitur eadem.

9. Respondet Falsolus loc. cit. num. 41. & 42. necessitatem entis possibilem esse æqualis necessitatis, & independentie, ac divinam omnipotentiam, & Deum ipsum; neque hoc debere

scandalizare puillos, quod implicante causa implicet quoque Dei omnipotentia etiam ipse Deus; quoniam non est accipiendum de esse creato spectato secundum se absolute, sic enim illud Deo adequare in necessitate, & independentia esset fere absurdum, sed solum ut relatio ad esse increatum, in quo eminenter, & essentialiter continetur, sub qua ratione omnes Theologi, auctores Anselmo, utissime affectimus creaturam in Deo sunt ipsa creatrix essentia, quæ igitur necessitate, & independentia verum esse in Deo, essentiam esse creatricem, & omnipotentem, tanta pariter creaturas esse creabiles, & possibles, non propter propriam entitatem, sed propter entitatem Dei essentialiter eas in se continens. Adde etiam hoc nullam dependentiam creaturam à Deo, quam Deus essentialiter terminare debet, & non possit, nisi creatura esset possibilis; si enim est impossibilis, ergo non potest in suo esse pender à Deo; ergo neque Deus facere potest illam à se dependentem in suo esse. Sed contra, quia cum quæritur an creatura in statu possibilitatis sit æqualis necessitatis cum Deo, ac divina omnipotentia, questio est de creatura prout esse potest terminus, & effectus divine omnipotentie, non autem prout est in ipso Deo essentia creatrix, quia sic nequit esse effectus divine omnipotentie, etiam in hoc sensu sit ipse Deus; ergo allata responsio non est ad rem. Tum quia non est possibile fieri creaturâ à Deo, nisi secundum propriam entitatem, per quam à Deo distinguitur realiter, distinctione quodam reali potentiali, & antequam fiat, & actuali deinde postquam facta est, ergo si secundum propriam entitatem non est æqualis Deo in necessitate, verum non est dicere tanta necessitate creaturam esse creabilem, & possibilem, quanta divina essentia est creatrix, & omnipotens, nisi loquendo de necessitate mutue denominationis, quam secum fert relativorum similes, ac eorum convertentia, de qua hic non disputamus, sed de necessitate extremorum relationis secundum proprias entitates; Tum tandem quia falsum est creaturas essentialiter in Deo contineri, ac vius omnipotentia, cum potius sit dicendum contineri in ea virtualiter, ut effectus dicitur contineri in sua causa. Quod etiam addebat hoc Deo nullâ arguere dependentiam à creatura, sed potius e contra, pura verba sunt sine fundamentum, nam ut arguebat disp. cit. Ergo, misso nomine dependentie, ne fiat lis de nomine utamur verbo coexistentie, planè si causa in sua possibilitate adque Dei necessitate adeo ut implicante causa Deus quoque implicaret, ita necessario Deus necesse à sua existentia, & perfectione illius, quæ importat omnipotentiam exigere, sicut causa Dei exigit, & divinam omnipotentiam ad sui possibilitatem, hæc autem mutua exigentia arguebat quoque; mutua dependentiam in extremis se se invicè exigentibus cõstat de relativis, quare concludendo ad doctrinam nedum puillos, sed etiam sapientes scandalizare debere.

10. Respondendum ergo est ad argumentum nu. 7. possum ex doctrina jam etiam disp. 3. Log. cit. nu. 66. omnipotentiam, & omniscientiam non esse perfectiones relativæ secundum esse, sed essentialiter includant ordinem realem transcendentale ad creaturas, sed esse perfectiones relativæ tantum secundum dici, que de principali significato aliquid absolute importat, cõnotando creaturas possibles, non ob aliquo respectum realem, quem fundent ad illas, sed ob dependentiam essentiali creaturam à Deo, ut à primo ente; hæc est causa, quæ perfectiones huiusmodi nequeat à nobis saltem quidditative cõcipi sine creaturis possibilibus, hæc est enim natura relativorum secundum dici, ut nequeat quidditative concipi sine suis extrinsecis cõnotatis; Unde absolute loquendo, quicquid sit de nostro concipiendi modo, implicandibus creaturis adhuc Deus diceretur omnipotens saltem fundamentaliter, ob perfectionem absolutam, quam in ipso omnipotentia importat natam fundare respectum rationis ad creaturas, si possibles forent, ut docet Doctor 1. d. 35. 36. & 43. ubi de omnipotentia, & omniscientia loquitur, tanquam de relativis secundum dici.

11. Sed insit Falsol. cit. contra conceptum omnipotentie, & omniscientie sic explicat per hypothese impossibilem, quod si implicaret creaturam, adhuc Deus diceretur omnipotens ob perfectionem absolutam, quam omnipotentia in ipso importat independentèr à creaturis, etenim sicut quoad absolute implicat posse fieri A. necesse est ut pariter implicet absolute, posse facere A. ita quoad ex hypothese impossibili ponitur, quod implicet, posse fieri A. omnino sequitur ex eadem hypothese implicare, posse facere A. ergo si ex suppositione sumis creaturam non posse fieri à Deo; ex suppositione quoque sumas necesse est Deum non posse facere creaturam; igitur necessaria est ista consequentia, si creatura non possit fieri; ergo Deus non possit illam facere, & quod est idem, si implicaret creaturam; ergo implicaret creator, ut creator formaliter, &

sic non remaneret omnipotentia implicante creatura.

12. Respondeo hæc ultima verba satis ostendere argumentum 10 probare tantum de omnipotentia formaliter sumpta, ut actualiter fundat, vel terminat respectum creaturæ possibili, & de mutua denominatione relativa, quam secum fert necessitate relativorum similes; non autem probat de omnipotentia fundamentaliter sumpta, nam in hoc sensu falsum est antecedens, & consequens inde deductum ostendi loc. cit. exemplo de Chimera, quia absolute Chimera non dicitur impossibilis, eod quod Deus non possit illam producere, & e potentia desit ad eam producendam; sed e contra potentia Dei non potest exire in actum circa chimeram, quia ipsi desit potentia passiva, ut producat; ergo defectus potentie passiva in creatura ad produci, non infert in Deo defectu potentie activæ ad producere, alioquin verum esset dicere chimera esse non posse, non tantum quia ipsa ex se repugnet, sed etiam quia Deus non potest illam producere, quod tamè concedi solet à nullo, cum omnes passim fateantur impossibilitatem semper se tenere ex parte rei, non ex parte Dei; Ex quo deducitur fieri loquendum esse data hypothese impossibili, quod nempe si homo esset in se impossibilis, vel quilibet alia creatura, adhuc Deus diceretur omnipotens quædam ad sui inscam perfectionem absolutam, quam importat omnipotentia in ipso, nam repugnantia hominis non oritur ex Deo, sed ex homine implicat ex hypothese, sicut nam oritur ex chimera; Accedit, quod etiam ita de facto explicare solemus attributum immanentis, ac eternitatis, quoniam nempe immensus sit perfectio intrinseca Dei, unde fit potens in actu primo proximo, ut coexistere possit cuicunque spatio locali etiam infinito, si possibile foret; & eternitas altera perfectio, ratione cujus est sufficienter constitutus in actu primo proximo, ut coexistere possit durationi cuicunque reali successivè etiam ad infinitum, si possibile esset; signum ergo est hæc & similia attributa Dei relativa secundum dici quantum ad perfectionem absolutam, quæ importat non pendere necessario, & essentialiter à possibilitate cõnotatorum, nam spatium infinitum reale in actu tã in extensione locali, quàm durativa est impossibile, & tamè hæc impossibilitate non obstat immortalitas, & æternitas Dei, manet illa, ergo sic pariter in proposito dicendi est, quod si creaturæ implicaret, adhuc illæ maneret intrinseca perfectio absoluta, quæ in Deo importat omnipotentiam, & omniscientiam.

13. Secundo principaliter amor efficax creaturæ possibilium est ex genere suo perfectior, quàm simplex cõplacencia in illis, sicut comprehensio est perfectior, quàm abstractiva cognitio; sed Deo nõ necessario convenit amor efficax creaturæ, ergo neque comprehensio illarum. Respond. non valere patere de intellectu, & voluntate divina quoad actus perfectiones in ordine ad creaturâ, intellectus namque, est potentia necessaria, & necessitas ad perfectissimè cognoscendam creaturam non arguit imperfectionem in intellectu, imò perfectionem simpliciter, ut notat Doctor 1. d. 35. q. un. sub lit. C. quia intellectus divinus non esset omnino perfectus, si non intelligeret lapidem; at voluntas divina est potentia libera ad extrâ præferri in ordine ad actus efficaces, & talis libertas in ea dicit perfectionem simpliciter, quæ destrueretur omnino, si teneretur ad amorem perfectissimum creaturæ, qualis est amor efficax, nullumque dominium ei relinquere circa creaturas, cum amor simplicis cõplacencie erga creaturas possibles ponatur Deo necessario convenire, ut dicemus disp. seq. hæc autem regula in divinis observanda est, ut Deo tribuamus ea omnia, quæ sunt ex conceptu suo perfectionis, si aliud non opponatur alteri divine perfectioni, sicut fecit in proposito de efficaci amore creaturæ possibilium in Deo, qui destrueret libertatem Dei ad extrâ, & supremum dominium, quod in creaturas habet, omnino tolleret.

14. Tertio, res possibles, ut sic, sunt nihil, & non entia; ergo ponere Deum cognoscere res possibles est asserere quod nihil cognoscat. Ob hoc argumentum dixerunt aliqui creaturas possibles, antequam existant habere quoddam esse essentia, quod sit reale, æternum, improductum, conveniens illis independentem à Deo, & quod in eis supponitur non solum antè productionem in esse existentie, sed etiam antè cognitionem, ut ratione illius possint dici objecta divine cognitionis, quæ opinione refulsit ex instituto Doct. 1. d. 36. q. un. ubi pro solutione argumenti docet res possibles, antequam in seipsis existant, Deum existentem, non habere proprium esse reale in actu, bene tamen in potentia, quatenus eis ex sua ratione formali non repugnat habere esse in actu in rerum natura, per quod distinguitur à signmentis, & chimera, quibus tale esse repugnat; quare res possibili licet dici nequeat ens reale verbaliter, quo pacto dicitur esse actu existentem, dici tamen potest ens reale nominaliter, prout est id, quod vel est, vel saltem esse potest in rerum natura, & licet hoc esse possibile

ibile nō fit esse reale verbaliter, est tamen esse reale nominaliter, & licet non sit esse in actu, est tamen esse reale in potentia, & secundum hoc esse reale in potentia possunt creaturæ possibiles ab æterno terminare actu divinum cognoscendum, sicut enim Deus actu cognoscit res præteritas secundum esse, quod habuerunt, & futuras secundum esse, quod habebunt, de quo præteritæ possibiles secundum esse, quod habere possunt, de quo possibiles esse creaturarum, vide dicta disp. 3. met. q. 1. art. 3. n. 46. ubi etiam explicite famigeratam distinctionem de esse sumpto nominaliter, & verbaliter.

14 Quæto hinc sequeretur, saltem in mente divina dari infinitum in actu, & categorematicum, quævis enim cōcederemus Deum non posse omnia possibilia simul extrā producere, sed successive finita in infinitū ad evitandam multitudinem infinitam in esse reali, tamen quia in mente Dei similitudinem habent in esse cognito, ideo in tali esse objectivo cōstituerent in mente divina infinitum categorematicū, & in actu. Respondetur de hoc difficultate me ex instituto tractatæ disp. 10. Phyl. q. 6. ubi resolvitur etiam objecta actu cognita in mente divina dici non posse actu, & categorematicè infinita, sed tantum finita in infinitum, ut ibi fuse ostenditur. Sed ad exactam hujus questionis intelligentiæ duo adhuc sunt examinanda puncta, quæ difficultate non vacanturum est, quomodo Deus creaturas in sua essentia cognoscatur, est an concedi possit, & debeat, quod etiā possit eas in seipsis cognoscere, exordiamur à primo

ARTICULUS PRIMUS.

Quomodo Deus cuncta videat possibilia in essentia sua.

15 Supponit quæstio Dei principiativè omnia alia à se cognoscere in essentia sua, sive per essentiam suam, tanquam per rationem formalem motivam, vel quasi motivam sui intellectus ad propria uniuersusque eorū notitiam ob illimitationem, quam habet in ratione objecti respectu omnium creaturarum, quamvis enim aliqui dixerint, posse Deum cognoscere creaturas etiam in seipsis, tanquam per rationem formalem motivam, cognoscendi, non negant tamen hunc alium modum nobiliorem cognoscendi creaturas intellectū divino, quamvis, inquam, omnes probati Auctores etiam Nominales ipsi, qui hanc opposita tribuit opinio, passim concedant, disceptant tamen in modo explicandi, quo pacto divina essentia, & sub qua ratione formali manifestet objectivè creaturas intellectū divino, qua de re variis sunt modi dicendi, quos referam, ut meliorem eligamus, ac nostris principiis adaptatum magis.

Primum, & communissimum dicendi modus est, Deū videre creaturas in sua essentia, ut in eorum causa, ita docuit D. Tho. qu. 1. ar. 5. & 6. & 1. contra gentes cap. 12. & 14. quem sequuntur Thomistæ omnes, ac Recentiores passim Suarez tom. 1. de Trin. lib. 3. c. 2. Fafol. to. 2. q. 14. art. 5. dub. 3. concl. 6. ubi pro hac opinione non solum refert Thomistas omnes, sed etiā Scotistas, Malron, & Bafol. l. d. 36. quam plures Nominales, & ideo Ariag. disp. 19. sect. 3. hanc ait esse communem Thomistarū, Scotistæ, & Auctori suæ societatis, undè ex nostris Brancafius dif. 16. q. 10. concl. 1. hunc dicendi modum iudicat probabilē, nititurque in hoc puncto Scotum, & D. Tho. concordare, ut amborum communem refert, & sequitur Averfā 1. p. q. 14. sec. 12. sed cuiusque sit hæc opinio, nam non tam de Auctori bus, quam de eorum placitis est curandum, ejus fundamentū est, quod qui videt perfectè causam, videt omnes effectus ab ipsa producibiles; ergo Deus comprehendendo suam essentiam, ut causam creaturarum, videt distinctè omnes effectus ab ipsa producibiles; probatur antecedens, quia virtus causæ, ut sic essentialis habitudinem, & connexionem habet ad suos effectus, ergo implicat videre perfectè causam non visis omnibus effectibus ab ipsa producibiles.

16 Ceterum hic dicendi modus, nisi melius explicetur statim reicitur, quia ut docet Scotus 1. d. 8. q. 4. sub Q. & 4. d. 1. q. 1. X. & quol. 2. P. Deus agit ad extra non quidem per suam essentiam præcisè per modum naturæ, sed confidit etiam, cum inque se agit re ponatur ad intrā, undè omnes negant contra Durandum, Filium in divinis produci ex fecunditate naturæ, sed agit ad extrā per intellectum, & voluntatē, qui modus agendi proprius est cuilibet intellectu agenti; sed essentia per modū naturæ accepta in sua præcisissima quidditate for maliter fecerunt ad intellectū, & voluntatē, nec est causa rerum, nec est for maliter virtus creaturarum productivæ, nec in esse possibiles, nec in esse reali. Hinc hujus sententiæ tutores ita eam defendere solent, ut cum dicunt Deum creaturas cognoscere in essentia sua, velut in eorum causa, non accipiant essentiam præcisè per modum naturæ, sed proat sibi identitatem omnipotentiam, quā dicunt esse Dei voluntatē, quatenus ex comprehensione omnipotentis attingit omnes res possibiles, ad quas dicit intrinsecam ha-

bitudinem, undè Averfā cit. ait Deum cognoscere creaturas in sua omnipotentia, tanquam in medio cognito.

At neque hoc modo bene defenditur hæc sententia, ut bene notavit Vasquez disp. 6. c. 2. nam scientia creaturarum in Deo, quatenus possibilis, præsupponit nostrum intelligendi modum ad omnipotentiam, ergo Deus non novit creaturas, ut possibiles in sua omnipotentia, sive per essentiam suam cognitam, ut omnipotentem; antecedens probandum est, non quidem, ut Vasquez, cui bene occurrit Averfā, Suarez, & Fafol. cit. sed ex doctrina Scot. 1. d. 4. 3. ubi docet, quod licet loquendo de possibilitate physica, & objectivæ habeant esse possibile ab omnipotentia Dei, quia possibile objectivè dicitur tale per ordinem ad potentiam activam agentis, cujus esse potest objectū, vel effectus; loquendo tamen de possibilitate logica, quæ consistit in sola non repugnantia, hanc res non habet à divina omnipotentia, sed principiativè ab intellectu divino, & formaliter ex seipsis antecedenter omnino ad divinam omnipotentiam, quod manifestè probatur, quia divina omnipotentia nō habet pro objecto impossibile, seu quod in se repugnat, sed tantum possibile, & non repugnans; ergo hoc supponitur tale ad ipsam, & non fit tale per ipsam; probatur consequentia, cum enim dicimus, Deum per suam omnipotentiam posse aliū producere mundū, quæro cum alter mundus ab intellectu divino proponitur voluntati, quæ formaliter est divina omnipotentia ut Scotus docet quol. 14. X. tanquam producendus, vel producibilis, vel ei proponitur, possibilis logicæ, & non repugnans, vel tanquam repugnans, & impossibilis, non secundum; ergo primum, ergo creaturæ quævis ex divina omnipotentia accipiunt esse possibile physicum, & objectivum, non tamen esse possibile logicum, & non repugnans, sed hoc habent antecedenter ab intellectu quidè divino principiativè, & formaliter ex suis rationibus formalibus, ut eruditè Doct. docet 1. d. 43. & in hoc sensu verū est, quod ajebat, Vasquez nō ideo, Deum scire creaturas, quia est omnipotens, sed potius è contrā, ideo est omnipotens, quia sic creaturas possibiles, hoc est, quia ab intellectu divino sibi proponuntur, ut logicè possibile, ac non repugnantes; & in hoc sensu etiam bene intellie sublati per impossibile à Deo omnipotentia, non propter tolli omnifertiam, ac proinde hanc ab ea non rectè deduci per locum intrinsecum; quas propositiones, vel illationes negarunt Suarez, & Fafolus, & Averfā cit. quia non diffinierunt inter possibilitatem rerum logicam, & objectivam, sicut nec ipse Vasquez, cujus argumentum sine tali distinctione nullum habet robur, de qua duplici possibilitate latè egimus disp. 8. met. q. 1. art. 3.

18 Preterea solent quoque Scotistæ hunc dicendi modum impugnare, quia hinc sequeretur Verbi producti ex cognitione creaturari, quandoquidem produceret ex cognitione comprehensiva divine omnipotentie, quod tamen est falsum; ita Branc. citat, & Vulpes disp. 37. ar. 4. Sed Averfāi ultro concedent consequentiam cum consequente, ejuque falsitatem negabant, imò hoc est unicum eorum fundamentum ad probandum Verbum producti ex cognitione creaturarum, quia nempe proceditur ex cognitione comprehensiva divine omnipotentie. Undè magis directè probatur ex hoc, quod docuit cum Scoto 3. d. 14. q. 2. de natura comprehensionis disp. 6. de Anima quæst. 12. num. 240. ad comprehensionem causæ nō requiri cognitionem eorum, quæ in ea continentur eminenter, & virtualiter, sed sufficere, quod attingatur solum quæcunque in ipsa continentur for maliter, & ex natura rei. Tum quia esse virtuale, ac eminentiale, quod habet effectus in causa, non est ullo modo distinctum ab ipso esse causæ, sed realiter, & formaliter est ipsum esse causæ; ergo ut cognoscatur effectus secundum sū esse formale non sufficit, quod cognoscatur solum virtualiter, & eminetur, ut cōtinentur in causa. Hæc tamen, alieque conformes rationes non sunt necessariæ ad propositum nostrū, ubi fermo est de possibilitate logica creaturarum, non autem de physica, & objectivæ, quam res vera non habent nisi in ordine ad suam causam, & potentiam eorū productivam; undè etiam concedamus divinam scientiā nō attingere creaturas in talis statu possibilitatis physice, & objectivæ, nisi comprehensione divine omnipotentie, nihil contra nos sequitur, nam hoc quoque debet probare de possibilitate logica, quod tamè nunquam probantur, quia hæc competit rebus independenter à causa, & potentia eorum productivæ; & hæc possibilitas præsertim in speculo, quæ constituit res sic possibile objectivæ scientiæ naturalis, & simplicis intelligentiæ, undè cum per rationē altatam fit sufficienter probatū scientiam simplicis intelligentiæ attingere res sic possibile antecedenter ad divinam omnipotentiam, non est cur solliciti simus de possibilitate objectivæ ab ea dependente, & hinc facile occurrit fundamentum eorum; dimittendo, n. modo quæstionē an ad

an ad comprehensionem causæ opus sit videre, nedum quæ à parte rei formaliter continentur in ea, sed etiam quæ continentur virtualiter, & eminenter, de quo videtur loc. cit. disp. 6. de Anima q. 12. etiam hoc concederetur, concluderet tantum illud argumentum de possibilitate creaturarum physica, & objectivæ, quæ esse possibilitas relativa eis conveniens per relationem ad divinam omnipotentiam, non autem de possibilitate logica, quæ esse possibilitas quasi absoluta præscindens ab ordine ad causam efficientem, & rem denominans in se absolute possibilem, quatenus in se non repugnat ex ipsi terminis; creaturæ verò sub tali statu possibilitatis præcipue sunt objecta divinæ scientiæ, quæ hac ratione dicitur simplicis intelligentiæ, quatenus versatur circa terminos simplices in se non repugnantes. Tum quia absolute falsum est, vix causā statim intuitivè cognosci ejus effectum ob habitudinem ad illum, nam ad summum solum abstractivè cognoscitur, unde viso patre sub ratione patris non statim videtur filius, ut notat Smiluch. tra. 2. disp. 6. n. 174. & 183.

19 Secundus dicendi modus asserti, Deum cognoscere creaturas possibile in essentia sua tanquam in speculo, & specie expressa rerū omnium præsentantur, etiam imaginantur isti, quod divina essentia fit similitudo quædam formalis, & exemplar actualæ creaturarum, in qua creaturæ ut quædam distinctio continentur, videnturque in easdem res in speculo, quæ opinione referunt Aureolus p. d. 3. q. 2. ar. 1. ut commune vulgi imaginationem quia rudiores ita sentiunt, ut imaginantur, ut ait Cajet. p. 1. q. 14. ar. 1. & postea secuti sunt Vasquez disp. 60. c. 3. Becan. p. 1. tract. 1. cap. 10. qu. 4. & Amicus disp. 12. sect. 2. non tamen in sensu vulgarium, & rudiorum, sed in eo sensu, ut essentia divina, quatenus est omnino idem formaliter cum intellectu divina, quæ est expressa species declarativa, & expressiva rerum omnium, sit formiter, in quo, & per quod Deus omnium aliorum à se sortitur scientiam, Fundamentum hujus sententiæ est præsertim, quod Partes, & Theologi passim hæc similitudine speculi utuntur ad ostendendam representationem creaturarum in essentia divina, sicut enim in speculo refulcent objecta, & ea videmus in speculo representata, ita creaturæ in Dei essentia continentur, atque in ea tanquam in speculo representantur, & videntur, & hæc similitudine utuntur Concil. Senonense c. 13. in decret. fid. tom. 4. Concil. Ansel. in c. 17. Marth. Auctor libri de tribus habitaculo calv. to. 9. opere D. Aug. D. Tho. p. 1. q. 13. art. 8. ad 2. qu. 14. art. 5. Cajet. & alii ibid. Scotus 3. d. 14. q. 2. f. sed ipsa via Capreolus 4. d. 19. q. 6. art. 1. & alii passim vocantes essentiam speculum voluntarium, quod si vult videtur, & si non vult, & non videtur.

20 Verum neque iste dicendi modus est admittendus, nam in primo sensu vulgarium, & rudiorum, est omnino impropius, speculum enim representat objecta naturaliter, & necessario, non sic divina essentia respectu intellectus creati; speculum, & representat in speculo videtur diversis actibus, non sic essentia, & objecta per ipsam representata; speculum supponit objecta in esse proprio, quæ sibi obijciuntur, alioquin ea non representaret, creaturæ verò in divina essentia non prius habent esse intelligibile, & representabile, quàm actu intelligantur, ut ait Doctor 2. d. 1. q. 1. H. ubi ait, quod creatura non habet esse in memoria patris, sed intelligitur; quod etiam antè docuerat p. d. 36. q. 1. ubi probat, creaturas nullum esse formale propriū habere, propriū suam à Deo cognoscantur, sed prius esse proprium formale est illud esse, quod recipiunt sub actuali intelligentia Dei, quod est esse illud verum, quod cognoscitur eis non repugnare, in quo tanquam cognito indè fundatur relatio physice possibilitatis existendi ad potentiam activam Dei; & denique alie sunt obvie imparitates, quibus consideratis Doctor quol. 14. h. hic intelligendum, negat lapidē videri in essentia divina in speculo, in quo refulcet, ut objectū præfens, & concludit videri in essentia divina, ut objectū secundarium in primo objecto; quæ similitudo speculi in eo tantum sensu à Partibus, & Theologis assumitur, quod sicut speculum visum est causa videndi alia, sic divina essentia visā fit causa videndi alia, quomodo eorum; demum sit causa, quod per speculi similitudinem non factè explicatur; Ex quo patet, in eam præfens esse illam disparitatem, quam in proposito adducit Brancaf. loc. cit. inter speculum, & essentiam divinam, quod essentia divina est medium cognoscendi cognitum, sed speculum creaturarum, sed speculum est medium cognoscendi non cognitum, quia non est necesse speculum videri, inquit, ut videatur representatum in speculo, quod si speculi videtur, hoc est per accidens, ideoque vocatur ratio cognoscendi non cognita; Hoc, inquam, est prolixè in eadem dictum, nam visio speculi directæ est omnino necessaria, ut in ipso reflectantur species visibiles objecti, adeoque fit causa videndi illud, sicut ut videantur characteres in carta descripti, opus est ipsam quoque

cartam videri, imò in hoc nedum occurrit ulla disparitas, sed potius aptissima paritas, quam solum intenduntur Partes, & Scholastici, dum dixerunt, creaturas in essentia videri, velut in speculo; plura contra illum priorem sensum vide apud Aureolum p. d. 3. 5. cit.

21 In alio autem sensu magis digno, ac theologico, in quo etiā Suarez p. 1. lib. 3. c. 2. inquit probabiliter non carere, adhuc neque sustineri potest, primo quia fit attendendo cum Vasquez, & aliis, non responderetur quævis, hic enim non querimus de ratione formali, per quam Deus constituitur intelligens creaturas; nulli enim dubium est, hanc esse divinam intellectionem, quæ est expressa species divine essentia, & creaturarum, sed querimus de ratione objectivæ, virtuali, & quasi motiva divini intellectus ad intelligendum creaturas, hoc est, de modo, quo Deus per essentiam suam, tanquam per rationem cognoscendi objectivam, & virtualemente cognoscit alia à se, & unde divina cognitio vim habeat representandam non solum objectum in creaturam, sed etiam creaturam, quod si dicas, id haberi ex divina essentia, quatenus specie expressa creaturarum; neq; adhuc satis sit quæsitio, quia pro ratione, quam querimus, afferret idem prolixè, de quo ratio queritur, semper enim restat querere, unde habeat illa essentia, ut sit species expressa non solum sui ipsius, sed etiam creaturarum. Deinde in se directè impugnat hæc opinio, quia indè sequitur, creaturam esse objectum immediatum, & formale divine cognitionis, quod falsū esse ar. seq. demonstrabitur; sic argumentum, si Deus quædo videt se, & creaturam, non videt creaturam in se ipso, tanquam in objecto prius cognitio, ut formaliter, & præcisè cognitio; ergo Deus in tali visione non mediat, ut objectū formaliter cognitum, atque ita creatura ipsa habet rationem objecti immediatæ, & formaliter cognitivæ antecedens partem ex modo, quem adhibet. Adversarii hanc sententiam tuentes in secundo sensu; consequentia probatur, nam omne quod obijciuntur cognitioni, vel immediatè, vel mediante alio objecto obijciuntur; ergo si creaturæ non obijciuntur diving cognitioni mediante essentia, ut objecto primario, sequitur, quod seipsis immediatè illi obijciantur. Si dicas, divinam cognitionem prius ratione ad essentiam terminari, quàm ad creaturas, contra, quonia hæc prioritas est omnino materialis, & quasi per accidens, nō juxta hunc dicendi modū negantem, creaturas videri in essentia, ut in medio, & in objecto prius cognitio, hæc propositio, Deus videt creaturas, quia videt essentiam, non est casualis, sed solum indicat concomitantiam, quod feliciter visio ad essentiam terminata terminatur etiam concomitantè ad creaturas, qua non obstante concomitantia adhuc per se, & immediatè divino obijciuntur obijciuntur; quod si iterum dicas, divinam cognitionem hanc virtutem exprimentis quoque creaturas habere ex divina essentia, quatenus specie expressa creaturarum; tunc recurrit argumentum jam factum, quod pro ratione, quam querimus, afferret id, de quo queritur, nō adhuc restat. Adversarii ostendendum, unde habeat essentia, ut sit species expressa non solum sui, sed etiam creaturarum, hic enim est punctus, de quo ratio queritur in præfenti.

22 Demum adhuc non bene dicitur, Deum alia à se videre in essentia sua, tanquam in specie expressa creaturarum, quia in sententia nostra intellectio divina formaliter distinguitur à divina essentia, ut constat ex dictis disp. 22. qu. 1. & in sententia Thomistarum fecerunt saltem virtualiter, ergo in nulla sententia verum est dicere, Deum alia à se cognoscere in essentia sua, quatenus est intellectio, vel species expressa, sed potius præstabit dicere, Deum alia à se cognoscere in sua intellectione, tanquam in specie expressa, ut alii loquuntur nullatenus essentiam nominando.

23 His de causis Amicus disp. 12. cit. sect. 2. n. 19. aliter defendit hunc secundum dicendi modum, & ait, Deū cognoscere creaturas possibile in sua cognitione, tanquam in specie distinctè exprimit omnia secundum proprium esse singulorum, quod habet divina cognitio, quatenus proximè determinatur à propria essentia, non ut à causa, sed ut à specie intelligibili creaturarum. Subdit deinde n. 20. quod cognoscere objectum hoc modo, non est cognitionem terminatam ad aliud esse, quod obijciuntur ipsum habeat extrā cognoscendum, sed for maliter est terminatam ad intrinsecum verbum mentis, ut ad expressivum creaturarum intelligibiliter; hoc autem addidit, quia cum cognoscatur nullum habent esse proprium ab æterno extrā cognoscendum, secundum quod actualem Dei cognitionem terminare possent, putavit, eam cognitionem terminari ad intrinsecum verbum mentis, & ad esse intentionale, & objectivum, quod habent creaturæ expressam in ipso.

24 Sed neque ille dicendi modus secundum hanc explicationē retinendus est duplici præsertim de causa; primo quia dū afferitur, Deum cognoscere alia à se in sua cognitione, quatenus proxime

xime determinatur a propria essentia, ut a specie intelligibili creaturatum; jam recedit ab isto secundo dicendi modo ponente Deum creaturas cognoscere in essentia sua: velut in specie expressa creaturatum, & divertit ad alium dicendi modum affertentem, Deum eas cognoscere per essentiam suam, veluti per speciem earum impressam, de quo dicemus postea, vel potius utrumque modum connectit, vel confundit. Deinde quia supponit unum falsum, nempe verbum mentis esse aliquem terminum per ipsa intellectionem productum, qui sit similitudo quadam intentionalis, ac species expressa objecti, quod omnino falsum est; quia intellectio non est actio alicujus termini productiva, qui dicatur verbum mentis, sed potius est formaliter ipsum Verbum mentis, ipsaque species expressa ac similitudo intentionalis objecti, ut fuisse ostensum est contra Thomam omnia disp. 6. de Anima q. 3. ar. 1. Demum quia inane recurrit ad hoc verbum mentis creaturatum expressivum, ut illud constituit terminum divine intellectionis, secundum quod exprimit esse intentionale creaturatum; nam quavis non habeat creaturam aliquid esse naturale proprium actuale, secundum quod divinam cognitionem terminare queant, habet tamen virtute intellectus divini principia, & ex seipsis formaliter esse naturale possibile, quod eis non repugnat habere actu in rerum natura, & hoc est, quod verum secundario terminum divinam cognitionem, non autem esse intentionale, & objectivum, quod actu participant in divina cognitione; si enim hoc esse intentionale accipitur pro illo esse, quod formaliter est ipsius cognitionis, & participative ipsius cogniti, scilicet quod esse non potest terminus divine cognitionis, cum reciter, & formaliter sit esse reale, & actuale ipsius divine cognitionis ut notat Doctor 4. d. 1. q. 1. R. vel accipitur pro illa extrinseca denominatione cogniti, quam acquirunt ex terminatione divine cognitionis, & neque secundum hoc esse constitui possunt terminus divine cognitionis, quandoquidem sit extrinseca aut formalis aut materiale, ut docet Doctor p. d. 3. 6. quare omnino distinguendum est inter se, quod creaturam accipitur per cognitionem in divino intellectu, & illud esse, quod per cognitionem attingitur creaturam cognitam non repugnat, nam primum esse simpliciter rationis, aut saltem extrinseca denominationis, secundum verum esse reale potentiale, quod dicitur ens reale nominaliter, & est sufficiens objectum secundarium divine cognitionis, de quo esse cogniti, & possibili creaturatum ab eterno fuisse tractavimus disp. 3. Met. q. 1. Cum vero inferius n. 30. inquit hanc quoque fuisse Scoti sententiam; cum docuit p. d. 3. 7. & 36. creaturas ab eterno fuisse quasi causatas ab intellectu divino in esse intelligibili, id est, ad quas tanquam ad objectum secundarium intuitus Dei terminatur, valde decipitur, patebit enim postea longum alium fuisse Doctoris nostri sensum.

24. Tertius dicendi modus asserit, res possibles a Deo cognosci in essentia sua, velut in causa earum exemplari, seu idea illarum, quatenus est imitabilis, & participabilis ab omnibus, & singulari creaturis secundum varios perfectionis gradus; attribuitur Altihi dorensi lib. 1. summa tra. 1. c. 8. q. 1. dicenti, quod scire Dei significat divinam essentiam, ut exemplar, & quod Deus dicitur scire omnia propter suam exemplaritatis imaginem, ac etiam inlucinate videtur D. Bon. p. d. 35. ar. 1. q. 1. cum aliis antiquioribus.

Sed neque hic dicendi modus a Scoto recipitur p. d. 3. 7. quia res create prius a divino intellectu perfectissime cognoscuntur virtute divine essentie, quam ipsa formaliter imitabilis, & participabilis ab ipsis rebus cognitis concipiatur; ergo essentia divina in ratione cause exemplaris, & sub his respectibus imitabilitatis, & participabilitatis nequit esse ratio cognoscendi creaturas possibles; probatur assumptum, omnis ratio nisi inter duo extrema variari potest, ad quae sequitur ex natura rei, si est reale, vel inter quae concipitur, si est rationalis; ergo prius sunt createuræ cognite sub intelligentia divina, quam divina essentia formaliter dicitur imitabilis ab illis; probatur consequentia, quia intuitus dicitur imitabilis a creaturis, quatenus ipsæ cognite, ut possibles ad ipsam referuntur, tanquam potibiles imitationes illius; ergo prius fuit ipse creaturæ a Deo cognita, quam fundent respectum illum imitabilitatis ad essentiam divinam, ut adhuc clarius patebit infra. Deinde concessio etiam pro nunc, quod divina essentia sit idea quatenus exemplar imitabile a creatura, adhuc nequit esse ratio intellectui divino cognoscendi creaturas secundum esse earum proprium, & particulare; probatur consequentia, nam divina essentia nequit a creaturis imitari, nisi quoad gradus communes, & transcendentes, puta entis, substantias, viventis, & confimiles; quo autem ad gradus específicos, & individuales, quibus in suo ultimato esse constituntur, divinam ef-

sentiam imitari non possunt, quia sub his rationibus particularibus limitationem involvant ac imperfectionem, atque ideo secundum istos nedum divinam essentiam non imitantur, sed potius ab ea recedunt, ac omnino dissimiles sunt; ergo si in divina essentia cognoscitur creatura a Deo, quatenus solum eam imitantur, planè secundum esse proprium nequebunt in ea representari, sed tantum secundum eos gradus, qui ab omni imperfectione praecludunt, quales sunt communes, & transcendentes, quam rationem amplius prosequor infra n. 54.

Quartus dicendi modus asserit, Deum cognoscere alia a se per sua essentiam, tanquam per speciem impressam emmentiale omnium creaturatum, ita quod divina essentia sit precise ratio cognoscendi creaturas, sicut esse solet species impressa respectu illius, cuius est species, non autem medium cognitum, in quo creaturæ cognoscantur. Ita quamplurimi Recentiores, ut Arrubal. p. 1. disp. 31. & ex nostris Vulpes disp. 37. ar. 4. concludit, quod ex Scoto, deducit pluribus in locis, scilicet q. 3. Proh. lit. X. p. d. 1. 10. in caele. & d. 3. 5. argumenta principalia, q. 2. d. 39. M. & 2. d. 1. q. 1. infra H. & quol. 1. ar. 2. infra Q. ubi notat Scotum, quod docuisse Deum alia a se cognoscere in essentia sua, sed vel per essentiam suam, aut ex essentia sua, quia particula hæc in est nota termini formalis cognitionis, Deus autem alia a se non cognoscit, in quantum eius scientia terminatur ad essentiam suam, ex quo patet, hunc Auctorem, negare Deum cognoscere creaturas in essentia sua, velut in medio cognitio, & solum asserere, quod eas cognoscat per essentiam precisam, tanquam per speciem impressam, quæ ducit in cognitionem rei, cuius est species, precise tanquam ratio cognoscendi, non vero tanquam medium cognitum. Hoc autem (ni fallor) asseruit deceptus à Suarez p. 1. lib. 3. cap. 11. hanc opinionem, tanquam probabilè tribuente Scoto 1. d. 3. q. 1. un. 5. ad ista tanquam ibi doceat essentiam respectu divini intellectus non habere rationem, objecti representantis alia, adeoque non rationem medii cogniti, in quo cognoscatur alia, sed rationem speciei intelligibilis, seu parti principii cognoscendi, & medii incogniti, quantum est ex vi cognitionis, qua per illam cognoscatur alia.

Verum neque hic modus dicendi placet, quavis enim in aliquo sensu dici possit, Deum in sua essentia, tanquam in specie impressa representativa creaturatum illius cognoscere, quatenus speciei impressæ minus precipuum est, quod representat rem, & movet intellectum ad cognitionem illius, atque ideo cum divina essentia habeat hoc totum non solum respectu sui ipsius, sed etiam creaturatum, possit in hoc sensu dici parere earum cognitionem per modum speciei impressæ; attamen ex aliis capitibus id proprie, & in rigore loquendo convenire non potest. Primum quidem, quia scientia Dei etiam illa, que est de possibili, & dicitur simpliciter intelligi, est scilicet intuitiva, non abstractiva; ut tenet ipse Vulpes disp. 27. ar. 5. at species intelligibilis impressa est omnino incepta ad talem noticiam parientiam, ut ex Scoto pluribus in locis ostendimus disp. 6. de anima q. 4. ar. 2. & tenet hic idem Auctor eodem p. tom. disp. 3. ar. 5. ergo ex hoc capite repugnat divinam essentiam gerere minus speciei impressæ respectu divini intellectus in producenda creaturatum noticiam. Deinde quia species ista ducit in cognitionem objecti, cuius est species, ut ad eam concurrat precise, ut ratio cognoscendi, non autem ut ratio cognita, vel medii cogniti, ut docent omnes, & Scotus præsertim quol. 1. 4. in fine §. ad ista, & patet de specie intelligibili in intellectu, & visibili in oculo, que nulla previa sui cognitione movet potentiam ad cognitionem sui objecti; Sed divina essentia ita movet divinam intellectionem ad cognitionem creaturatum, ut prius moveat ad cognitionem sui ipsius, & ideo Deus intelligit creaturas, quia intelligit seipsum, & ens in seipso intelligit ergo non cognoscit creaturas per essentiam suam, velut per speciem impressam, sed ut in medio cognitio, velut eminenter continet ipsas, & quoad earum entitatem, ac etiam quoad propriam cognoscibilitatem modo superius explicato n. 6. major conceditur ab omnibus, minor probatur, nam ideo Dei cognitio ad creaturas terminatur, quia prius terminata fuit ad suam essentiam, ex eo enim, quod terminata est ad essentiam, oritur, quod etiam consecutivè, & necessario terminetur ad creaturas, quæ eminenter continentur in essentia, tanquam in objecto primario illas continent per modum objecti secundarii quoad propriam cujusque intelligibilitatem. Tum quia si intellectus divinus ita seorsum, & quasi per accidens prius terminaretur ad divinam essentiam, ut ex vi talis terminationis formaliter ad creaturas non terminaretur, planè talis ad essentiam terminatio omnino limitata foret, quia illa terminatio est sua formalis ratione non cõprehenderet omne verum, quod divinus intellectus ex sua perfectione unica terminatione postulat terminari; contra hoc urget quoque ratio supra posita n. 2.

Et quidem quod hæc fuerit mens expressa Doctoris esse existit 27 locis

locis à Vulpio citatis colligitur, ut omnes nostri notarunt Rada to. 1. cont. 29. ar. 1. concl. 7. Smilinch. to. 1. tra. 3. disp. 2. q. 2. Brancaf. disp. 16. q. 9. ar. 2. & alii antiquiores; unde q. 3. prolog. §. ad 3. quæst. docet, essentiam divinam esse primum subiectum Theologie Dei, & per primum subiectum intelligit, quod est primum primative virtutis, & ut cognitum ducit in cognitionem aliorum in p. d. 10. q. 1. in fine ait, essentiam divinam esse rationem cognoscendi intuitivè quodlibet cognoscibile, cum ergo species impressa ut sic, nequeat parere noticiam objecti intuitivam, ut dictum est, planè significat Doctor, divinam essentiam concurrere cum divino intellectu ad noticiam creaturatum parientiam, non ut simplicem rationem cognoscendi, qualis est impressa species, sed etiam, & ut rationem cognitam, seu medium cognitum per consummationem objectivam, & non simpliciter speculativè. Et p. d. 3. 5. ad ista in solutione ad 3. ait, divinam essentiam esse objectum motivum, & primario terminativum, creaturam vero esse objectum secundario terminativum, quibus verbis planè indicat, essentiam esse objectum divini intellectus omnino primum primative virtutis, hoc est, quod ita primò moveat divinam intellectionem ad cognitionem sui, ut eundem moveat ad cognitionem aliorum in illo primo; & cum ibi vocat essentiam rationem intelligendi omnia, loquitur de ratione intelligendi objectiva, ita ut essentia sit ratio intelligendi alia non per modum speciei impressæ, sed per modum objecti, & tanquam medium cognitum, nam species ad id, quod per speciem cognoscitur, non habet se tanquam objectum primatum ad secundarium, nec est ratio objectiva, sed effectiva cognitionis; & sic etiam intelligendus est, cum immediate infra §. ad argumenta ait, quod eadem ratio intelligendi illimitata potest esse propria ratio intelligendi quocunque eorum, ad quæ est illimitata, sicut si esset limitata ad aliquod locum; quod adhuc clarius manifestat, cum inquit, non semper sequitur invocam assimilationem rationis cognoscendicum cognitio, alioquin nihil posset cognosci per causam, nec conclusio per principium, sed sufficit ratio eminenter continens perfecte similitudinem virtuale cognitæ; quibus verbis significat se loqui de ratione intelligendi objectiva, & per modum medii cogniti; ita enim causa est ratio cognoscendi effectivè, & principii cognoscendi conclusionem per modum nempe medii prius cogniti, ut quod, non autem per modum simplicis rationis intelligendi, ut quo, sicut est species respectu sui objecti; unde patet, quam inepre ex his eisdem verbis Vulpes art. 4. cit. ab initio oppositum colligere pretendat.

28. Neque obstat, ut Suarez obicit quod §. ad ista dicat, Deum in primo instanti cognoscere suam essentiam, & in secundo creaturam, quod non diceret, si cognosceret creaturam in essentia, tanquam in objecto cognitio, quia in eodem instanti cognoscitur illa, quod unum in alio, tanquam objecto cognoscitur, ut patet in speculo, & hinc, que videtur in eo. Nam per hoc tantum innuere voluit ordinem quandam ex parte objectorum primarii, & secundarii, ut indicaret hoc cognosci ex vi cognitionis alterius, cui quoad huc stat, ut in eodem instanti ambo cognoscatur, quantum est ex parte cognoscentis, ut patet ex eodem exemplo rei vise in speculo, quæ simul in eodem instanti videntur, & tamen speculum est ratio videndi eam per modum medii cogniti, & non simplicis rationis cognoscendicæ, sicut est species, ite in p. d. 39. §. viso de contingenti inquit cõtingentia potest determinatione divine voluntatis videri in divina essentia tale decretum representate; & in 2. d. 1. q. 1. §. quantum ad hoc comparat semper essentiam ad intellectum divinum, ut objectum primarium, & creaturas, ut secundarium, quod cognoscitur virtute illius primæ species attem, ut dixi, ad id, quod per ipsam cognoscitur, non comparatur, ut objectum primarium ad secundarium, Et denique quol. 1. ar. 2. §. hic intelligendum est ex instituto docet, quod essentia divina primò moveat ad cognitionem sui deinde ad cognitionem creaturæ, & loquitur de motione proveniente ab essentia, ut medio cognitio, nam ibi tractat de ratione cognoscendi Deum, & alia a Deo, ut per medium cognitum, unde tandem concludit in fine at, illius secundi lapis videtur in essentia divina, ut objectum secundarium in primo objecto, & quol. 1. 5. ar. 2. verbatim primum istorum eodè prolixo idiomate loquitur, sed non sic si cognoscatur precise in illo, sicut intellectus divinus precise cognoscit creaturam in essentia sua, & non per illa creaturam, ut objectum in immediatum, quia tunc intellectus eius visceret, & sic etiã loquitur p. d. 3. q. 3. §. alia est opinio, & alibi frequentet, quare miros, quod Vulpes in textu Scotico alioqui veratissimus aures sit dicere ar. 4. cit. ab initio, quod Scotus nunquam docuit, Deum alia a se cognoscere in essentia sua; Quod autè Deus creaturas videt in seipso, ut in medio objectivè, & formaliter viso tenent insigniores Auctores ex omni schola etiam Nominalium, quos longè referat calet. Fasol. q. 4.

art. 5. dub. 1. à num. 10. & hoc ipsum concedit ipse Vulp. dic illa 27. ar. 1. notab. 1. in fin.

Restat itaque dicendum Deum videre creaturas possibles in 29 essentia sua, tanquam in objecto primario, ac medio prius cognito, ut modo probatum est; & quidem non tanquam in causa eas virtualiter continente in esse entis, quo pacto effectus virtualiter continetur in causa ob rationes adductas num. 16. sed in genere cognoscibilis modo declarato nu. 6. cum enim sit quædam perfectio simpliciter posse non solum causate cognitionem sui, sed etiam aliorum in seipso quoad omnia prædicata etiam individualia, planè huiusmodi perfectio divine essentie deneganda non est. Ex quo colligitur, non bene Bran. disp. 16. q. 10. n. 8. adduxisse infinitatem divine essentie, tanquam rationem a priori, cur in ipsa cognoscatur a Deo omnes creaturæ secundum rationes uniuscuiusque proprias, etenim hic sermo est de proxima, & formali ratione medii, non vero de remota, ac fundamentaliquæ sicut per rationem essendi in quocunque loco, & coexistendi cuiuscunque durationis successivæ etiam infinite non assignamus generalem Dei infinitatem in genere entis, sed peculiarem quamdam perfectionem divinam, quas immensitatem, & æternitatem appellamus, ita quoque in proposito pro ratione proxima, & formali, cur Deus alia a se cognoscat, & unumquodque sub propria ratione, non debemus assignare generalem Dei infinitatem in genere entis, sed perfectionem istam representandi distinctè singulas creaturas, quæ sit quædam perfectio disparata, & distincta ab aliis perfectionibus enumeratis, & quidam specialis modus intrinsecus, vel saltem attributum divine essentie, ut dicitur de aliis, quemadmodum bene Smilinch. adnotavit tra. 2. disp. 6. n. 192. & sicut alias confimiles perfectiones diximus supra importare entitates absolutas, & non cum aliquo respectu reali prædicamentali, vel transcendentali ad creaturam, ita pariter de hac perfectione cuncta representandi, in proposito dicere debemus, ut docet Doctor p. d. 3. 5. ad ista in solutione ad tertium, ubi ait, divinam essentiam ab eius illimitationem in genere objecti representativi, entitatem omnino ab absolutam esse rationem cognoscendi omnes creaturas, quamvis enim iuxta nostrum intelligendi modum concipere nequeamus divinam essentiam esse creaturatum representativam ab seque aliqua ratione respectiva, id tamen a parte rei impossibile non est, quod etiam suaderi potest quibusdam exemplis in rebus creatis, in quibus videmus non semper posse esse, ut unum duat in cognitionem alterius, tanquam medium cognitum, quod habet formalem relationem ad illud, sed satis est, quod secundum esse abolutum habeat aliquam connexionem cum altero; sic visus passio cognoscitur a priori per essentiam abolutam, cuius est passio, tanquam per medium cognitum, & non per aliquem respectum, quem dicat ad illam; cognoscimus enim hominem esse visibilem precise, sicut est animal rationale, & non ob aliam rationem respectivam, relatio namque ducere non potest in cognitionem termini nisi abstractivam, non autem intuitivam, qualis est ea, de qua hic est sermo, unde visa imagine non necessario prototypum intuitivè cognoscitur, sed solum abstractivè, & sic de Patre in ordine ad filium; imò cum ipsa relati-va, qua talia cognoscuntur, quamvis unum ab seque alio cognosci nequeat, non tamen unum est ratio factè distinctè cognoscendi alterum, sed talis cognitio pendet a relatione extremorum, ut dictum est in Logica disp. de Relat. unde conciditur, impertinentem esse relationem aliquam, aut alicuius relationis terminationem, ut essentia sit medium cognoscendi creaturatum, sed hoc ei formaliter convenit per illam perfectionem abolutam representandi omnes, eodè quod omnes continet, eminenter in ratione cognoscibilis.

ARTICULUS SECUNDUS.

Argumentis contrariis occurritur.

PRIMUM obicitur pro primo dicendi modo Deum alia a se 30 cognoscere in essentia sua, velut in omnium causa, auctoritate D. Au. lib. 83. qq. 46. dicentis, Deum nihil extrinsece intueri, sed in se, tanquam causa omnium, & Dionysii de divinis nominibus cap. 7. ex se, & in se verum omnium cognitionem habet divina mens non quod per speciem singula consideret, sed quod uno causa complexiva omnia consideret, quas auctoritates valde exaggerant Fasol. Atriag. & alii Recentiores; & optime instans, non bene, vel saltem non sufficienter explicari per cõmunem expositionem, quam dant Vasquez, Vulpes, & alii dicentes, præfatos Patres aliud non docere, nisi scientiam Dei non esse à rebus ipsis acceptam, non autem intellexerunt explicare modum, quo Deus illa in seipso sciat. Imò potius diversis verbis explicant modum, quod hæc omnia in ipsa essentia cognoscatur, dum addunt

adunt illa cognoscere velut in omnium causa, tanquam in medio cognito, & non tanquam in specie, quod ultimum præsertim explicuit Dionysius. Nec magis ad rem est alia responsio Vulpes dicentis, Dionysium ibi non loqui de scientia possibilium, de qua hic est sermo, sed futurorum, quæ utique concedit in essentia cognosci, velut in causa suppositis decretis divinæ voluntatis. Cum enim dicit, rerum omnium notitiam in se, & ex se divinam mentem habere, planè loquitur tam de futuris, quam de possibilibus, qui enim totum dicit, nihil excludit. Tùm quia intentum ejus ibi est assignare modum, quo Deus cuncta cognoscit, sive futura, sive præterita, ut constat ex ejus discursu. Tùm quia Dionysius ibi exprimit, Deum omnia in seipso noscere, tanquam in causa, veluti medio cognito, & non tanquam in specie, vel per speciem, ut ipse asserit. Tùm quia cum determinatio divinæ voluntatis sit causa futurorum, & non essentia, malè dixerit, ea videri in essentia, non facta mentione decreti divini.

Deinde ipsum pluribus probant rationibus, perfectè cognoscens causam alicujus effectus perfectè etiam cognoscit talem effectum, quia virtus causæ essentialis habitudinem dicit ad illum, sed Deus est causa creaturæ, & habitus perfectissimè comprehendit, ut talem, ergo &c. Conf. ad cognitionem causæ comprehensivam requiritur distincta cognitio omnium, quæ in ipsa virtualiter continentur, ergo omnium effectum ab ipsa possibilem. Denique si Deus per seipsum, & in seipso, tanquam in causa non cognosceret creaturas, sequeretur, non habere scientiam illarum à priori, quia scientia à priori est, quæ cognoscitur res in sua causa, vel per suam causam.

Respondeo Patres asserunt, in Deo videri creaturas, tanquam in causa virtualiter eas continente, non loquuntur de contenta earum in esse rei, nam talis contenta virtualis non facit Deum formaliter, & proximè omniscientem, sed omnipotentem; sed loquuntur de contenta virtuali in esse cognoscibilis, hæc enim est ratio, quæ proximè, & formaliter facit Deum omniscientem, neque enim Deus est omniscientis, quia sit omnipotens, tanquam per rationem formalem, & proximam omniscientie, imò si per impossibile Deus non esset omnipotens, per locum ab intrinseco non sequeretur, eum non esse omniscientem respectu Logicè possibilem, & per simplicem non repugnantiam, ut dictum est nu. 17. tum quia contenta unius in alio in esse rei, & in esse cognoscibilis sunt alterius rationis, nam unum esse potest causa alterius in cognosci, non tamen in esse rei, ut patet de specie respectu sui objecti, & cum per effectum à posteriori cognoscimus causam; & licet, quod virtualiter continet aliud quoad entitatem, contineat etiam quoad cognoscibilitatem, quatenus potest producere cognitionem illius, tamen immediata ratio talis productionis in esse cognito non est contenta virtualis in eo in esse rei, sed in esse cognoscibilis, unde illa ad summum esse potest ratio fundamentalis, & remota.

Ad rationem constat ex dictis num. 18. in fine, quod licet Deus sit causa possibilitatis creaturæ physice, & objectivæ per suam omnipotentiam, non tamen possibilitatis Logicæ, quia hæc convenit creaturæ antecedenter ad divinam omnipotentiam ex dictis disp. 8. Met. q. 1. ar. 3. unde respectu rerum sic possibilem Deus adhuc esset omniscientis, si non esset omnipotens; tum quia contenta virtualis effectus in causa in esse rei nequit esse proxima ratio distinctè eum cognoscendi quoad proprium esse; nam effectus non habet esse formale in causa, sed extrà causam, & esse virtuale, vel emmentiale, quod habet in causa, est formalissimè ipsum esse causæ, unde totum hoc cognoscendo, non cognoscitur, nisi ipsum esse formale causæ, non autem aliquid esse formale effectus; nec etiam habitudo, quam dicit ad effectum, potest nos ducere in cognitionem distinctam, & intuitivam ejus, qualis est hæc, de qua hic loquimur, sed tantum in confusam, & abstractivam, ut nuper dictum est num. 29. unde remanet, quod sola contenta virtualis effectus in causa esse cognoscibilis possit esse ratio proxima cognoscendi effectum, & hæc ratio potest ei convenire ex ratione merè absoluta, ex ibidem dictis. Ad Conf. negatur assumptum ex dictis disp. 6. de anima quæst. 12. nu. 340. quo etiam pro nunc admisso ex comprehensione divinæ omnipotentie inferri nequit comprehensio possibilitatis Logicæ creaturarum, cum hæc eis conveniat antecedenter ad eam ex dictis num. 17. sed tantum possibilitatis physice, & objectivæ. Ad ultimum negatur consequentia, cum enim dicitur scire esse rem per causam cognoscere, non intelligitur solum de causa in esse rei, quo pacto causa continet effectum, sed etiam in cognosci, ut di-

ctum est in logica; tum quia ibi est sermo de causa proxima, & adæquata, quæ in proposito est contenta virtualis creaturarum in Deo in esse cognoscibilis, non autem in esse rei, quæ solum est causa remota.

Secundo objicitur pro secundo dicendi modo, Deum alia à se cognoscere in sua essentia, velut in specie expressa omnium repræsentativa ex Vasquez disp. 60. capit. 3. species expressa est ratio, quæ potentia in objectum tendens illud percipit, & cognoscit, sed essentia divina formaliter est actualis Dei intellectus, quæ est expressa species omnium repræsentativa; ergo Deus omnia præfatio modo in essentia sua cognoscit, major conceditur ab omnibus, probatur minor, quia Deus est formaliter, & quidditative vita intellectualis. Resp. negando minorem, ad cuius probationem dico, aliud esse loqui de intellectualitate, aliud de intellectione, illa namque utique est prædicatum Dei quidditative, hæc verò concipitur, velut actus secundus adveniens primo, atque ideo essentiam divinam in suo esse quidditative non constituit; deinde toto argumento concessio adhuc nihil concluditur, etenim ut dictum est nu. 21. hic est questio non de ratione formalis, per quam Deus constituitur intelligens creaturas, sed de ratione objectiva, & virtuali, quæ Deus cognoscit alia à se per modum principii, & unde divina cognitio, tanquam species expressa ipsam habet non solum repræsentandi objectum increatum, sed etiam creatum; alia ad hoc idem objectum Americ. loc. cit. quæ omnia procedunt ex illo falso principio, quod verbum mentis sit aliquis terminus per intellectionem productus, qui sit similitudo quedam intentionalis, & species expressa objecti, ut dictum est nu. 23.

Tertio objicitur pro tertio modo, quod Deus alia à se videat in sua essentia, ut in idea creaturarum omnium, nam idea secundum August. lib. 33. q. 46. est Deo ratio cognoscendi omnia à se factibilia, at in Deo alia nequit assignari ratio cognoscendi, quam divina essentia sui diversis respectibus imitabilitatis à creaturis; ergo, &c. Respon. ex Scoto p. d. 35. q. 1. ad ista August. ibi non habere, ideas esse Deo rationes cognoscendi, sed tantum esse rationes, secundum quas formantur quæcumque formantur ad extrà, quod etiam, quo pacto intelligendum sit, dicitur inferius; addit tamen Doctor, quod si alibi Augustinus reperitur unquam sic locutus, debet ita exponi, ut ly *secundum* quas notet non quidem rationem formalem intelligendi, neque objectivam primariam, sed tantum secundariam, adeo quod idea sit objecta ipsa secundaria divinam intellectionem terminantia; unde negatur quoque minor, quod idea in Deo sit divina essentia, ut imitabilis à creatura, cum potius sic conceptus ipse objectivus creaturæ ad extrà factibilis, ut infra dicemus.

Quarto arguit Vulpes loc. cit. pro quarto dicendi modo, quod nempe Deus videat creaturas in essentia sua, vel per essentiam, tanquam per speciem impressam eminentialiter illarum, negari nequit, essentiam divinam eminentissimè continere omne esse creaturæ; igitur negari patitur nequit, ipsam sic eminenter continere propriam rationem cognoscendi uniuscujusque esse creati, ac proinde rectè dicitur cognoscendi divina hoc modo motiva sui intellectus ad cognoscendum perfectissimè omnia alia à se. Accedit, essentia divinæ, ut ponitur ratio cognoscendi omni alia à se divino intellectui, omnia munera conveniunt speciei impressæ, illis duntaxat exceptis, quæ imperfectionem involvunt, sicut est inhære, quatenus in nobis est accidens; ergo rectè dicitur habere rationem speciei impressæ. Deinde ad idem arguit Lezana tract. 4. disp. 2. q. 4. essentia divina habet rationem moventis, & determinantis intellectum divinum non solum ad cognitionem sui ipsius, sed etiam creaturarum; ergo in ea, sicut in specie impressa cognoscuntur. Rursus ratio speciei impressæ in eo sita est, quod repræsentet rem, & moveat intellectum ad cognitionem illius, sed essentia divina habet hoc totum non solum respectu ipsius, sed etiam creaturarum, ergo, &c. Denique species impressa determinat potentiam ad cognitionem objecti, sed divina essentia continet perfectiones omnium specierum intelligibilium creaturarum, & objectivum; ergo ut sic continens potest divinum intellectum determinare ad cognitionem omnium per modum speciei impressæ.

Respon. concedendo totum discursum, ex quo non magis deduci potest, quod essentia concurrat cum divino intellectu per modum speciei impressæ, quam per modum objecti super eminenter continentis alia, & per modum medi cognitivi modo explicato num. 29. Ad 2. negatur assumptum, cum enim essentia cum divino concurrat intellectu ad pariendam creaturarum cognitionem non per modum simplicis rationis cognoscendi, sed per modum medi cognitivi, ac insuper pariatur notitiam earum intuitivam, speciei impressæ nequit subire

ARTICULUS TERTIUS.

An Deus aliquo modo creaturas cognoscat in seipsis.

Sicut dicebam initio præcedentis articuli, omnes ferè Auctores fateri Deum cognoscere creaturas in seipso, ut in objecto primario, etiam Nominales, quibus opposita solet tribui opinio, ut clarissimis testimoniis probat Fafolus, qu. 12. ar. 5. dub. 1. num. 6. quatenus concedunt omnes, eandem simplicissimam Dei intellectionem idè esse intellectionem creaturarum, quia est intellectio essentia; non è contra, itaut quod illa intellectio sit intellectio creaturarum, oriatur aliqua ratione ex eo, quod est intellectio essentia, ac proinde creaturarum cognitionem habet in seipso, tanquam in objecto primario. Ita nunc quoque dico omnes concedere, quod Deus aliquo etiam modo cognoscat creaturas in seipsis sicut ut objecti secundaria, etiam ipsum Aureolum quod oppositum sentire videtur 1. d. 3. q. 2. dum ibi probat, Deum intelligere creaturas concurrenter objective sola essentia, & non creatura neque primario, neque secundario, nam ar. 2. respondendo ad argumenta aperte fatetur Deum in seipso solo, tanquam objecto videte omnia extrà se sub propriis rationibus, & secundum proprias quidditates, & distinctionem entitatis creaturæ, quem dicendi modum amplexus quoque Bacon. 1. d. 3. q. 1. ar. 4. dicens creaturas non esse intellectionis divinæ terminum verè, ac propriè, nec primariè, nec secundariè, sed impropiè, ac metaphoricè, & relatiè, ac consecutiè, ac etiam Toletan. p. d. 35. q. 1. ar. 2. & 3. isti, inquam, auctores concedunt quod Deus aliquo modo cognoscere creaturas in seipsis, quatenus concedunt, verè, & realiter ab ipso cognosci, ut aliquid condistinctum à Deo, licet concedere nolint iuxta communem loquendi modum, creaturas esse talis cognitionis terminum, vel objectum secundariè terminativum, quàm quia nomine terminativum aliquid aliud intellexerunt, quàm cæteri Theologi; sed omnino voluntariè, quia cognosci ex vi nominis est esse terminum cognitionis, sicut terminare cognitionem, & eo modo, quo res cognoscitur, est quoque terminus cognitionis; si ergo Deus verè cognoscit creaturas secundum esse formale proprium, quod possunt habere ab ipso condistinctum, sequitur necessariè, creaturas esse terminum saltem secundariè divinæ cognitionis. Tum quia si creaturæ cognoscuntur à Deo secundum proprium esse, ergo divinæ cognitioni objectivatur, & sunt ejus objecta, sed non est aliud genus objecti apud Philosophos, & Theologos præter primum, quod est motivum, & specificativum, & secundarium, quod est præcise terminativum, & materiale; ergo creaturæ sunt saltem objectum secundariè divinæ cognitionis, & consequenter hoc modo dicuntur à Deo cognosci in seipsis.

Restat ergo sola difficultas an præter modum cognoscendi creaturas mediè in seipso, tanquam in medio cognito, aut tanquam in specie, impressa, vel expressa, vel idea, ut alii loquuntur; possit quoque alio modo Deus eas in seipsis immediatè cognoscere, tanquam per rationem formalem motivam, & immediatam, & affirmativè respondent Arriaga disp. 19. sec. 4. Heriz. disp. 5. cap. 4. Beccan. p. 1. trac. 1. cap. 10. qu. 4. Ponticus disp. 5. q. 5. n. 19. & alii recentiores non quod negent Deo priorem modum videndi res in seipso, ut minus accuratè eis tribuitur, sed quod præter illum modum hunc quoque posteriori tribuant, ut potè nullam imperfectionem involvètem; hoc patet de Arriaga loc. cit. ac etiam de Beccano, nam quamvis in conclus. 1. absolute asserat Deum creaturas cognoscere in seipsis, tamen in conclus. tertia retinet etiam eundem modum loquendi de videte in se, unde minus rectè à Vulpio, & aliis citatur, tanquam hoc absolute negaverit.

Dicendum tamè est cum communi, Deum non posse creaturas cognoscere immediatè in seipsis, tanquam per rationem formalem motivam divinæ cognitionis; loquuntur præcisi Auctores, sicut hoc passim probati, quia si Deus moveretur ab objectis creatis, ita quod illa immediatè in seipsis cognosceret, tanquam per rationem formalem motivam cognoscendi, tunc divinus intellectus vilesceret, quandoquidem ejus actus ab illis objectis specificaretur, & perfectionem sumeret, quæ ratione utitur etiam Doctor 1. d. 35. B. & d. 39. s. contra istud in fine, & quol. 1. s. art. 2. vers. ad primum istorum, & 2. d. 1. q. 1. art. 2. & alibi frequenter; quæ quidem ratio fuit Dionysij de divinis nominibus cap. 7. ubi inde probat, Deum non cognoscere creaturas immediatè in seipsis, tanquam per rationem formalem motivam cognoscendi, quia hoc diceret imperfectionem in divino intellectu, unde concludit hoc modo habere cognitionem rerum in se, & ex se illis verbis neque enim ea que sunt, ex his que sunt discens novit divina mens, sed ex se, &c.

subire munus, ut potè cui illa repugnant, ut patet ex discursu facto num. 26. insuper species impressa dicitur ex sua ratione semen objecti, & loco objecti substitui, & à perfectione objecti semper aliquo modo deficere, idè magis dignè dicitur, Deus creaturas cognoscere in essentia sua, tanquam objecta secundaria in primario, & in medio prius cognito, quam sicut in specie impressa. Ad 3. jam diximus 26. ex eo capite dici posse, divinam essentiam habere modum speciei impressæ, sed ex alii capitibus jam declaratis hoc ei repugnare. Ad 4. dico ad majorem, speciem repræsentare rem, & movere intellectum ad ejus cognitionem per modum simplicis rationis cognoscendi; nullo autem pacto per modum medi cognitivi; quo pacto essentia concurrat ad pariendam creaturarum notitiam, unde in hoc sensu negatur minor. Ad ultimum, si divina essentia continet perfectiones omnium specierum intelligibilium, & objectivum creatorum, præfat dicere, quod pariatur notitiam omnium creaturarum per modum objecti primariè, & medi cognitivi, quam per modum speciei impressæ, quoniam concessus ille immediatus in ratione objecti primariè nobilior est, ac excellentior.

Quinto tandem arguit Vasquez disp. 60. cit. cap. 3. contra nostrum dicendi modum, quod nequit Deus cognoscere creaturas in divina essentia, velut in medio prius cognito; objectum, aliud prius cognitur non potest esse medium cognoscendi aliud quidditative, & proprio conceptu, si in se non continet totam rationem illius, & ejusdem omnino rationis cum eo non est, nam si diversum est, quo pacto instat illius aliud poterit quidditative cognosci; sed Deus in se non continet rationem creaturarum, imò in se omnino dissimilis est illis; ergo cognitio prius non potest esse medium cognoscendi creaturas. Denique cum Deus in se omnino absolutus sit ab omni relatione, & ordinæ creaturas, non potest alicui intellectui etiam divino esse medium cognoscendi creaturas alias, tanquam objectum primarium prius cognitum, ut enim prius cognitum non ducit in cognitionem alterius, nisi illius, ad quod refertur. Demum creaturæ non sunt in Deo secundum proprias rationes formales; neque secundum esse, quod habet distinctum realiter à Deo; neque secundum esse realiter distinctum inter se; ergo non possunt in Deo videri secundum esse formale proprium à Deo, & inter se realiter distinctum.

Respondeo argumentum, quo uti solent Nominales ad probandum, Deum cognoscere res in seipsis, coincidere cum illo, quod facit Scotus p. d. 35. qu. un. ab initio pro prima opinione, quod cognitio per se simile, ergo oportet, rationem cognoscendi habere aliquam propriam similitudinem ad ipsum objectum cognitum, & ad eod respondet Doctor in fine illius quaestionis, quod non est similitudo formalis, sed vel illa, vel aliud simile antonomasticè, hoc est contentus perfectè similitudinem formalem secundum omne illud perfectionis, quod est in ea, inquam ipsa est ratio intelligendi; & sic est in proposito, quod licet in Deo propriè, formaliter, & distinctè non sint creaturæ, tamen est ibi formaliter aliquid eminentialiter continens creaturas quoad omnimodam earum cognoscibilitatem, ubi etiam nota, posse argumenti contra Vasquez retorqueti, si enim divina essentia, quamvis in ea omnes creaturæ eminenter contineantur non est sufficiens ut quod repræsentare esse creaturæ, ergo neque erit sufficiens ut quod, seu tanquam species expressa, quia cum hæc sit formalis similitudo Dei, nequit simul esse formalis, formalis similitudo creaturæ. Ad 2. negatur assumptum quoad secundam partem cum ejus probatione, quia ut constat ex dictis nu. 29. ut aliquid ducatur in cognitionem alterius, tanquam medium cognitum, minimum opus est, quod habeat formalem relationem ad alterum, sed satis est, quod secundum esse absolutum aliquo pacto habeat connexionem cum altero modo ibi explicato; unde etiam imago non est medium cognoscendi prototypum ratione respectus imaginis, sed potius ratione esse absoluti, sicut ratio in qua fundatur similitudo in relatio inter imaginem, & imaginatum. Ad ultimum negatur consequentia, quia ut dictum est ad primum, licet creaturæ non sint in Deo propriè, formaliter, & distinctè, tamen est ibi formaliter essentia supereminenter continens illas quoad omnem earum cognoscibilitatem perinde ac si ibi omnes, & singula essent creaturæ secundum esse proprium formale.

In se verum omnium cognitionem habet, quibus verbis manifeste significavit Deum non accipere cognitionem a rebus...

Hoc argumentum primo retorquetur Ariaga, nam probat etiam omnipotentiam Dei non esse immediate productivam creaturarum...

38 Sed haec tam argumenti reductio, quam responsio facile infringitur, quia quoad hoc non est eadem ratio de scientia...

Tertio ulterius probatur, quia talis cognitio creaturae in seipsa immediate finita foret, ac limitata, ergo Deo repugnet...

In oppositum Primum obiecit Ariaga posse Deum immediate cognoscere creaturas in seipsis, ut per rationem formalem motivam...

quia scientia Dei de alia se non reperitur in eo, ex indigentia, quasi illam immediate accipiat ab illis...

Secundo principaliter probatur conclusio, quia cum in se ipso Deus perfectissime creaturas cognoscat, videtur superflua & inutilis alia scientia de eis creaturis in seipsis...

Terio ulterius probatur, quia talis cognitio creaturae in seipsa immediate finita foret, ac limitata, ergo Deo repugnet...

Obiectiones soluta.

In oppositum Primum obiecit Ariaga posse Deum immediate cognoscere creaturas in seipsis, ut per rationem formalem motivam...

his modo cognoscendi creaturas in seipsis, quam in Deo, nihil obstat, id enim provenit ex eo, quod motiva, seu objectiva formaliter imperfecta, non tamen propter ea positiva imperfectione...

Responso negando minor eum ejus probatione quoad utraque partem, etenim divina intellectio non debet utriusque, & comprehensivè attingere aliquid objectum creatum...

Secundo ad ideam arguit Becanus cit. creaturae res sunt immediate in seipsis cognoscibiles, ergo nihil obstat, quin immediate in seipsis cognoscat, eo vel maxime, quia Deus res...

Resp. res esse in seipsis immediate cognoscibiles potest dupliciter intelligi vel motivè, vel terminativè...

na essentia respectu creaturarum quas, continet secundum omnes gradus cognoscibilitatis ejus...

Tertio tandem arguitur, contra non posse res ab aeterno in seipsis à Deo cognosci, tanquam objecta secundaria...

Resp. Similiter, itaq. 3. disp. 2. qu. 3. nu. 33. ad declinandam vim argumenti per eam non repugnantiam noluisti...

Secundo ad ideam arguit Becanus cit. creaturae res sunt immediate in seipsis cognoscibiles, ergo nihil obstat, quin immediate in seipsis cognoscat...

QUESTIO SECUNDA.

De Divinis Ideis.

An divina essentia, vel potius ipsae creaturae cognitae habeant in Deo rationem Ideae.

SUPpono ex dictis dist. 7. Ph. q. 7. & cum communi Doctorum, 43 Ideam esse nomē grecū ac id est, quod est vid. eo. & inspicio derivatum...